

Ayuntamiento de Madrid.

~~3079~~

Sr

R
644

o

Autor Francisco Ruiz

REGVLAE INTELLIGENDI SCRIPTVRAS SACRAS.

HABES sacrarum literarum studiose Theologe,
CCXXXIII Regulas, quae ad Diuinae scripturae intelligen-
tiam plurimum conferunt, ex Dionysio Arcopagita, Origene
Adamantio, Hilario Pictauiensi, Didymo Alexandrino, Gre-
gorio Nazianzeno, Basilio Magno, Ambrosio Mediolanensi,
Ioanne Chrysostomo, Hieronymo Stridonensi, Aurelio Augu-
stino, Gregorio Pontifice maximo, Beda Presbytero, Ioanne
Damasceno, Ruperto Abbate, Theophylacto Bulgariae archie-
piscopo, Theologorum communi traditione excerptas cum
suis explanationibus per Reuerendum patrem, F. Franciscum
Ruizium Vallisoletanum, S. Facundi Abbatem.



costo tres flos

y medio



n.º 3581

VSVS ME

GENVIT

LIBROS
DE DR.
L. MARCO

LVGDVNI, EX OFFICINA
GASPAR TRECHSEL.
M. D. XLVI.

*Nunc libellus, set magnus, inuincibile primus per
peti lector. Nunciatas sunt ignabuz*

Ayuntamiento de Madrid

*Summum in virginie
 pax sine dolore maritus et virginis gaudium
 summi sine defensione reuerentia in matris amor
 pulchritudo et pax dolor et gaudium.*



GENALIT

VSVS ME

EX OFFICIO

CAZAL

147
2192
REVERENDISSIMO AC
PERINDE ILLUSTRISSIMO

in Christo patri, D. Francisco Bonadilla,
S. Romanae ecclesiae presbytero, Cardi-
nali, Cauriensi episcopo, & F. Fra-
ciscus Ruizius Vallisoleta-
nus, S. Facundi, ordinis S.
Benedicti Abbas.

S. P. D.



V M MVLTA
sefe nobis offerant,
Praesul clarissime,
quibus ecclesiastico
rum patrum, qui an-
te mille & amplius
annos floruerunt, le-
ctionem alijs omni-
bus praeferenda iu-
re optimo censea-
mus, illud uel prae-

cipuum est, quod cum sacras literas luculentissime inter-
pretentur, in hoc toti sunt, ut suos lectores rapiant,
inflammant atque transformant in eos affectus, qui sunt
Christiano pectore dignissimi, dum eos aeternis insti-
tuunt, de caelestibus ratiocinantur, de nunquam inter-
morituris bonis feliciter agunt. Qui cum Aegypcio
rum opibus, hoc est, externis disciplinis adeo instru-
ti fuerint, ut cum praeclearis earum professoribus de
palma contendere, et magna cum laude vincere po-
tuisent, si tamen eorum necessitas illos impellat, opera-

† ij

precium est uidere eos inuitos ac renitentes ad eas tra-
hi, magisq; eas leuiter attingere, quam docere, præ-
teruolare, quam explicare: magna quorundã theolo-
gorum sugillatione atq; dedecore, qui (pace eorum
dictum sit) ita diuina humanis contaminant, ut in
ambiguo sit, utra apud eos potiora habeantur. Rur-
sus uerò quis nõ stupeat, quam solerti indagine ab-
strusos diuinæ scripturæ sensus eruant, rimentur ab-
dita, extricent sinuosa, planis & apertis quantũ de-
coris addãt, quam crebri in allusionibus, in allegorijs
felices, quam dextrè per ea, quæ exitũ non uidentur
habere, nos educant? In horum igitur assidua lectio-
ne, qua incredibiliter delector, præter alias innume-
ras uirtutes animaduerti, præcepta quedam ab illis
obiter tradidit sacris literis enodandis atq; illustrandis
accommodatissima, theologorum omnium uotis ha-
ctenus exoptata, quæq; summopere in uasto & altissi-
mo diuinæ scripturæ oceano sint necessaria. Vnde
huiusmodi præceptorum obseruationi cœpi acrius
insistere, cunctaq; horum gratia apud illos excutere,
sicubi uel in lumine sublustri hæc, quasi inter aurum
margaritæ, niterent. Aspirauit tandem Altissimus no-
stris cœptis, qui nunquã non bonis conatibus fauet:
atq; sic aspirauit, ut ad eum obseruationum numerũ
opus excreuerit, quod nunquã peruenturum putau-
ram. Raræ siquidem obseruationes in tam numerosa
librorum lectione nobis occurrebant. Estimulauit
me tamen ad hos labores subeundos Diuus Augusti-
nus, qui Ticonij cuiusdam hominis ab Ecclesia alieni
paucas regulas & in suum opus transtulerit, & sua
illas interpretatione dignatus fuerit. Nonne ego

culpam nullo piaculo expiandam subirem, si quod
Augustinus in homine planè hæretico non passus sit
intercidere, ipse tantos patrum thesauros latere si-
neret? Quòd si regulas illas dempseris, quas Augusti-
nus in libris de doctrina Christiana tradit, reliquas
certè nostro labore, iugiq; lectione ex ditissimis illis
promptuarijs exprompsimus. Nō enim collecta rur-
sus concinnamus: esset hoc nimirum acta agere, uel
prorsus nihil agere, Quòd si nobis uita longior diui-
no munere contigerit, non cessabimus huiusmodi gem-
mas undiq; corradere, quæ tantum utilitatis sint alla-
turæ. Opus autè ipsum regulas inscripsimus, nec alio
splendidiore titulo ornauimus, q; hoc nomine à diuo
Hieronymo & Augustino hæc præcepta nuncupan-
tur, Nos quoq; quando apud patres illos nil occur-
rebat, quo regule quædā apertiores redderentur, no-
stram explanationem subiungimus, non sine quodam
rubore, q; humilitatem nostram tantorum uirorum
sublimitati miscere ausi fuerimus. Pari etiam fiducia
nonnihil eorum explanationibus addidimus, nec id
quidem citra delectum, ubi scilicet plurimū intererat
quædam addi, nomenq; nostrum sub auctoris titulo
utrobq; prodimus. Tuo uerò nomini hos labores
propterea cōsecramus, Antistes optime: quia ab ipsa
pene pueritia ad istam usq; florentem ætatem mori-
bus & eruditione sanctorū patrū uestigijs insistere
perpetuo tenore uisus fueris. Quippe qui illustri lo-
co natus, non nugis aut uoluptatibus te dedideris,
quæ plerisq; illustri genere ortis trita uia est: sed in
florentissimis academijis indefesso labore post lingua-
rum & philosophiæ, addo etiam utriusq; iuris cogni-

tionem tanto animi ardore diuinas literas es aggressus, ut ab earum amplexibus auelli nunquā poteris. Id uerum esse Psalmus ille à te in medijs belli tumultibus religiosè expositus apertissime testatur. Quo tempore Carolus Imperator inuictus Turcarū uires fracturus in pugnā iam ferebatur. Quā sedulò ergo diuinas literas domi putandus est meditari, qui inter ipsum armorum fragorem illas interpretatur? Factus autem episcopus, crebris concionibus & exhortationibus populos tibi creditos Euangelij pabulo saginabas, ita ut nullos feliciores nostra ætas uiderit illis, qui sub te pastore degebant. Tanta est in Dominicū gregem sollicitudo, tāta cura, tantus amor, quādo episcopus ad ea te interdū demitteres, quæ tibi cum tuis presbyteris erant communia. His accedit quod ante annos aliquot, cū inter nos de sacris literis sermo incidisset, annotationes tuas in sacrarū literarum loca multa nobis recitasti, & quæ tua est humanitas, earum nonnullas descriptas ad nos misisti, ex quibus iam sibi præiudicium facere quisque poterit, quales illæ sint, quas adhuc intra tuum pluteum contineres. Istis igitur uirtutibus te nil tale cogitantem nedum ambientē ad Cardineæ dignitatis fastigium prouexit Christus. Cui si diurnam uitam ipse contulerit, quod maxime optamus, sperandū est, ut sacræ literæ multo felicius te auctore tractentur. Vale Præsul clarissime. Ex S. Facundo, ad xvij. Cal. Februarij. Anno domini. M.D.XLVI.

AVCTOR THEOLOGO
LECTORI

S. D.



NE FORTE casu labo-
re fatigeris Bibliorum elen-
chis excutiendis, docte Theo-
loge, hoc primum admoniti-
te esse uolumus, utriusq; uide-
licet Testamenti translatio-
nem, quam in hoc opere cita-
tam frequenter leges, non eam esse, qua nunc utitur
Ecclesia, hoc est, Hieronymi Veteris instrumenti, No-
ui uerò uulgatæ editionis. Quî enim fieri potuit, ut
hac uterentur uiri illi sanctissimi, quorum pleriq;
Hieronymum præceperunt, quando nec Hieronymo
posteriores aliquot illum sequantur? Et Hieronymus
ipse in Veteri quidem instrumêto septuaginta, in No-
uo uulgatâ editionē citat. Facefferet tibi profectò ne-
gotiū, si inquirendis locis aliquot Hieronymi uersio-
nem cōsuleres. Quod unico Veteris Testamēti exem-
plo, quod in cōfirmationē tertiæ regulæ affert Augu-
stinus, facile intelliges. Id autem est, Quæ est terra, in
qua isti insidēt super eam, si bona est aut nequam: &
quæ sunt ciuitates, in quibus ipsi inhabitant in ipsis?
Qui locus ex Numer. cap. decimotertio sumptus est.
Sic enim habēt septuaginta *καὶ τίς ἡ γῆ ἐν ᾗ οὗτοι
ἐγκαθύνται ἐπ' αὐτῆς, εἰ καλὴ ἐστὶ, ἢ πονηρὰ. καὶ τί
ναι αἱ πόλεις ἐν αἷς οὗτοι κατοικοῦσι ἐν αὐταῖς.* No-
stra uerò trāslatio habet, Ipsa aut̃ terra bona, an ma-
la &c. Nec tamen continuò tibi persuadeas, Septua-

† iiii

ginti tantum antiquis illis temporibus fuisse trans-
lationem, quibus ex Hebræorum fontibus plures in
Græcum sermonem Testamentum Vetus transfude-
rant. Aquilam dico, Theodotionem, Symmachum,
quintam, & sextam editionem, quæ auctoritatem si-
ne nominibus tenuerunt, & Origenis in hoc ipso su-
dore. Vnde orta est illa uarietas in diuinis officijs,
quæ Ecclesia canit. Noui uerò Testamenti è Græco
in Latinū interpretes numerari nullo modo possunt,
auctore Augustino. Illud præterea animaduertendū,
regularum explanationes illorum esse, quorum &
regulæ. Quod si aliter contingat, in ipso explanatio-
nis uersibulo lector admonetur. Si uerò ex pluribus
aut regula aut explanatio conflata est, ex eorum ci-
tatione perspicuum euadit, ut lectorem non lateat,
quid cuiq; sit asserendum. Nec illud hoc loco dissi-
mulandum est, in explanationibus excerpendis non con-
tinua serie doctorum illorum textum à nobis fuisse
transcriptū, sed carptim & uellicatim, ut regulæ ex-
planatio postulabat: rursusq; priora nonnunquā po-
sterioribus mutauimus, aut ediuerso, ut commodius re-
gula intelligeretur. Admonuerunt me tamen identidē
eruditi quidam ex amicis, ut pluribus sacræ scriptu-
ræ exemplis regulas locupletarem: quandoquidē aie-
bant, intellectu multò faciliores fore exemplorum co-
pia. Quibus in uniuersum respondemus, id nequaquā
è dignitate operis fieri potuisse, cum præsertim ei,
qui illis ipsis exemplis regulas non intellexerit, fru-
stra plura suppeditabis. Non enim pueris hæc scri-
buntur, sed theologis, ac nec stupidis illis quidē. Huc
accedit, librum ipsum crassiore umbilico & lecto-

rem & emptorem detertere potuisse, maxime quod
regule præcepta quedam sint breuissima, quæ ad
manum & in numerato semper sint habenda. Iam il-
lis occurrendum est, qui fortassis calumnia-
buntur regulas quasdam paucas id ipsum
docere. Quod ex parte uerum esse, non
diffitemur. Omnino tamen id doce-
re, attentus lector nusquã inue-
niet. Neq; enim nos temere
ac sine delectu id fecimus,
sed habita ratione &
auctoritatis sancto-
rum patrum, &
utilitatis theo-
logorum.

Vale.

De excellentia & sub-
 LIMITATE SA-
 CRAE SCRIPTURAE
 EIVSDEM AVCTO-
 RIS AD THEOL-
 gie candidatum
 brevis
 PRÆFATIO.



REGORIVS
 uigesimo Moraliū
 capitulo primo,
 Quamuis omnem
 scientiam atque do-
 ctrinam sacra scri-
 ptura sine aliqua
 comparatione tran-
 scendat, ut taceam,
 quòd uera prædi-
 cat, quòd ad cælestem patriam uocat, quòd æternis
 desiderijs ad superna amplectenda cor legentis im-
 mutat, quòd dictis obscurioribus exercet fortes, &
 paruulis humili sermone blanditur, quòd nec sic
 clausa est, ut pauesci debeat, nec sic patet, ut uile-
 scat, quòd usu fastidium tollit, & tanto amplius dis-
 ligitur, quanto amplius meditatur, quòd legentis
 animum humilibus uerbis adiuuat, quòd sublimibus

sensibus leuât, quòd aliquo modo cū legentibus cre-
 scit, q̄ à rudibus lectoribus semper recognoscitur, &
 tamen dictis semper noua reperitur; (ut ergo de res-
 rum pondere taceam) scientias tamen omnes atq; do-
 ctinas ipso etiam loquutionis suæ more transcendit; Augusti.
Epist. 10.
 quia uno eodemq; sermone dum narrat gestum, pro-
 dit mysterium. Et sic scit præterita dicere, ut eo
 ipso nouerit futura prædicare. Et immutato dicen-
 di ordine, eisdem sermonibus nouit & antè dicta
 describere, & agenda nuntiare. Syncera enim &
 solida res est, nec fucatis eloquijs ambit ad animum,
 nec ullo linguae tectorio inane aliquid aut pendulum
 crepat. Multum mouet non uerborum, sed rerum
 audum; & multum terret, factura securum. Et Arg. if. de
utilitate
credendi.
 enim aliquando sic loquitur, ut altitudine super-
 bos irrideat, profunditate attentos terreat, ueri-
 tate magnos pascit, affabilitate paruulos nutriat.
 Quicquid est in scripturis istis, altum & diui-
 num est. Inest omnino ueritas, & reficiendis in-
 staurandisq; animis accommodatissima disciplina,
 & planè ita modificata, ut nemo non inde hau-
 riri possit, quod sibi satis est, si modo ad hauri-
 endum deuotè accipit, ut uera religio poscit, acce-
 dat. Hæc non fortuitis motibus animorum, sed pla-
 nè summæ dispositione prouidentie super omnes om-
 nium gentium literas omnia sibi genera ingeniorum
 diuina excellens auctoritate subiecit. Diuinus etenim August. 116
de Ciuit.
dei. c. 1.
 quasi quidam est fluuius, ut ita dixerim, planus &
 altus, in quo agnus ambulet, & elephas natet. Ma-
 gnas præterea affert legentibus delicias. Et unde August. 118
psal. 38.
 hæc? Ex parabola aliqua scrutata & inuestigata,

Grego. 2.
Mor. c. j.

ex dulcedine inuentionis, quam præcessit labor inquisitionis. Mentis oculis quasi quoddam speculum opponitur, ut interna nostra facies in ipsa uideatur. ibi etenim fœda, ibi pulchra nostra cognoscimus. Ibi sentimus, quantū proficimus, ibi à profectu quantum distamus. Narrat enim gesta sanctorum, & ad imitationem corda prouocat infirmorum. Quandoq; illorum uictoria facta commemorat, contra uitiorum prælia debilia nostra confirmat: sitq; uerbis illius, ut eo minus mens inter certamina trepidet, quo ante positos tot uirorum fortium triumphos uidet.

Hierony.
in Eccles.
liab. c. 2.
Fulgētius
in Ser.

Hæc breui circulo contracta est, & quantum dilatur in sensibus, tantum in sermone constringitur. In ea enim abundat, & quod perfectus comedit, & quod paruulus sugat. Ibi est & lacteus potus, quo tenera fidelium nutriatur infantia, & solidus cibus, quo robusta perfectorum iuuentus spiritalia sanctæ uirtutis accipiat incrementa. Ibi tandem est, quod omni ætati congruat, ibi quod omni professioni conueniat.

Q V A L E M L E C T O R E M

postulet sacra scriptura.



V M quis cognouerit finem præcepti esse charitatem de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta, omnem intellectum ad ista tria relaturus, ad tractationem illorum librorum securus accedat. Cumq; ad eas perscrutandas acceperit, illud Apostolicum cogitare non cesset, Scientia inflat, charitas edificat. Agendum est igitur, ut ad cognitionem diuinarum scripturarum talis homo accedat, ut nolit aliqua earum parte per officiosa mendacia delectari, potiusq; id quod non intelligit, transcat, quam cor suum præferat illi ueritati. Ante omnia igitur Dei timore opus est conuertere ad cognoscendam Dei uoluntatem. si quid nobis appetendum fugiendumq; præcipiat. Deinde opus est mitescere pietate, nec contradicere diuinae scripture siue intellectæ, quando aliqua nostra uicia percutit, siue non intellectæ, quasi nos melius sapere, meliusq; præcipere possimus: sed cogitare potius & credere id esse melius & uerius, quod ibi scriptum est, etiam si lateat id, quod nos per nosmetipsos sapere possimus. Post istos duos gradus timoris atq; pietatis ad tertium uenitur scientie gradum. Nam in eo se exercet omne diuinarum scripturarum studium, nil aliud inueniens, quam diligendum esse Deum propter Deum, & proximum propter Deum. Et illum quidem ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente diligere: proximum uero tanquam seipsum, id est, ut

August. 2.
de doctr.
Christian.

August.
Episto. 3.

August. 2.
de doctr.

toti dilectio proximi sicut & nostri, referatur in Deum. Necesse est ergo ut primò se quisq; in scripturis inueniat amore huius seculi, hoc est, temporaliũ rerum implicatum, longè seiunctum esse à tanto amore Dei, & tanto amore proximi, quantum scriptura ipsa præscribit. Tum uerò ille timor, quo cogitat de iudicio Dei, & illa pietas, qua non potest nisi credere & cedere auctoritati sanctorum librorum, cogit eum seipsum lugere. Nam ista scientia bonæ spei hominẽ se non iactantem sed lamentantem facit. Quo affectu impetrat sedulis precibus consolationem diuini adiutorij, ne desperatione frangatur. Diuinæ autem literæ illis aperiuntur, qui occupati non sunt in alijs negotijs, aut qui nõ transitorie audiunt, uel legunt, sed his qui recto & simplici corde, iugi labore, continuisq; uigilijs altius diuinas scripturas scrutantur, & fideliter & humiliter requirunt. Nam qui sacram scripturam scrutantur, ut malint esse docti, quàm iusti, & aliud quærunt quàm Deum, non ex toto corde quærunt eum. Scrutabantur Scribæ & Pharisei, ut haberent, quæ dicerent bona, quamuis facerent mala. De quibus in libro Sapientiæ, Quærunt, inquit, me mali, & non inuenient.

A Q V I B V S P E T I D E B E T

sacrae scripturae expositio.



SCRIPTURARVM sanctarũ exposito petenda est à doctis, diligentibus & pijs. Quis enim mediocriter sanus non facile intelligat expositionem scri-

pturarum ab his petendam esse, qui earum doctores
se esse profitetur? Fieri quique posse, imò semper accidere,
ut multa indoctis uideantur absurda, quæ cum à do-
ctoribus exponuntur, eò laudanda uideantur ela-
tius, quò obiectius aspernanda uidebantur. Et
eò accipiantur aperta dulcius, quò clausa
difficilius aperiebantur. Et diligentia igitur
et pietas adhibenda est. Altero
ro fit, ut scientes inuenia-
mus; altero ut sci-
re merea-
mur.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text appears to be organized into several lines, possibly a list or a series of entries, but the characters are too faded to transcribe accurately.


R E G V L A E

I N T E L L I G E N D I

S A C R A M

scripturam.

R E G V L A I.



V L L O locutionis gene
re utitur sacra scriptura,
quod in cōsuetudine ho-
minum non inueniatur:
quía utique hominibus loquitur.
Augus. Primo de Trini. c. xij.

E X P L A N A T I O.

A V C T O R. Si quæcunq; scripta sunt, ad no-
stram doctrinā scripta sunt: conuenientissimū
fuit diuinas literas ad nostrum se attemperare
sermonem. Nam & Paulus sapientiā loquitur
inter perfectos. Et quibusdam dicit, Non po-
tui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi
carnalibus. Gregorius, Si enim quæ veller, per
ignota nobis nomina diceret homo, pro quo
hæc eadem scriptura facta est: nesciret procul-
dubio, quid audiret. Vide regulam. 94.

Roma. 1.

1. Cor. 2.

1. Cor. 3.

R E G V L A I I.

Omne quod dicitur in sacris lite-
ris quadripartita potest qualitate

a

distingui. Aut enim mala malè, aut bona bene, aut mala bene, aut bona malè dicuntur. Gregorius. xxij. Moral. c. iij.

EXPLANATIO.

Iob. 2. Malamale dicuntur, cum res peruersa suadetur, sicut scriptum est, Benedic Deo, & morere. Bonum bene dicitur, cum recta prædicantur, Matih. 3. sicut Ioannes ait, Pœnitentiã agite: appropinquabit enim regnum cœlorum. Malum bene dicitur, quando per os docentis iccirco vitium exprimitur, vt reprobe: sicut Paulus ait, Fœminæ eorum immutauerunt naturalem vsu in eum, qui est contra naturam. Quo loco execranda quoq; vitiorum facinora subdidit, sed honestè inhonesta narrauit, vt multos ad honestatis formam inhonesta narrando reuocaret. Malè autem bonum dicitur, cum rectum aliis quid recto studio non profertur, sicut illum nato cæco Pharisei dixisse perhibentur, Tu sis discipulus eius. Quod maledictiõis vtiq; dixerunt studio, non orationis voto, vel sicut Caiphas ait, Expedi vnum mori pro populo, vt non tota gens pereat. Bonum quippe, sed non bene loquutus est: quia dum crudelitatem necis appetijt, redemptionis gratiã prophetauit.

REGVLÆ III.

Loquutiones quædam in sacris literis inusitatæ nobis, magis uiden

tur proprietatem lingue, unde translatae sunt, repræsentare, quàm altiore sensum continere. Augu. de De doctri. Christiana. lib. ij. c. xij.

EXPLANATIO.

AVCTOR. Quamuis iota vnum, aut vnus apex non præteribit à Lege, non tamen eruenta sunt vndecunque mysteria: cùm præsertim suas vnaqueq; lingua proprietates habeat, quibus nulla subsunt mysteria. In quam rem nō nihil offendunt parum eruditi concionatores. Huius exemplum affert hoc loco Augustinus ex libro Numerorū secundū septuaginta translationē: Quæ est terra in qua isti insident super eam, si bona est, aut neq;. Et quæ sunt ciuitates, in quibus ipsi inhabitant in ipsis. AVCTOR. Hunc locū in Præfatione ad lectorē inuenies.

REGVLA IIII.

Sua sunt idiomata, hoc est linguae proprietates, sacrae scripturae, Augusti. Quæstio. super Gen. q. xxxj. & in Ioan. Tracta. x. & Hiero. in quinto Commentar. in Esaiam.

EXPLANATIO.

Augustinus, Habet linguā suā sacra scriptura, & quicunq; hanc nescit, turbatur. Vt cūcūc legimus in Euangelio Fratres Domini: quærimus, Vnde fratres Domino? Num enim

a ij

non eruenta
de se quo
rungs simp
myst
mysterio

Mar. 3.
Luc. 8.

iterum Maria peperit? Absit. Inde cœpit digni-
tas virginū, Illa fœmina mater esse potuit, mu-
lier esse non potuit. Dicta est autem mulier ses-
cundum fœmineū sexum, non secundum cor-
ruptionem integritatis, & hoc ex lingua ipsius
scripturæ. Nam & Eua statim facta de latere vi-
ri sui, nondum cōtacta à viro suo, nōstis quia
mulier appellata est, Et formauit eam in mulie-
rem. Vnde ergo, fratres, cognati Mariæ fratres
Domini? De quolibet gradu cognati. Vnde
probamus? Ex ipsa scriptura. Nam fratres non
eos solos appellare cōsuevit, qui nascuntur ex
eodem viro & fœmina, aut eodem vtero, aut
ex eodē patre, quamuis diuersis matribus, aut
certē ex eodem gradu, velut compatruales aut
consobrinos. Non solum hoc nouit dicere scri-
ptura nostra. Quomodo loquit̃, sic intelligat̃.
Frater Abrahæ dictus est Loth: filius erat fra-
tris, lege & inuenies, quia Abrahā patruus erat
Loth, & dicti sunt fratres. Vnde? nisi quia co-
gnati. Item Iacob Laban Syrum habebat co-
gnatum. Frater enim erat Labā matris Iacob,
id est Rebeccæ vxoris Isaac. Lege scripturam &
inuenies, quia fratres dicuntur auunculus & so-
roris filius. Qua regula cognita, inuenies o-
mnes consanguineos Mariæ fratres esse Chri-
sti. Et illi discipuli magis erant fratres, quia &
illi cognati fratres non essent, si discipuli non
essent. Et sine causa fratres, si magistrum nō co-
gnoscerent fratrem. Nam quodam loco cū
ei nuntiassent matrem & fratres eius foris stan-

Gene. 14

Gene. 13.

Gene. 29.

Marc. 3.

*cognati
marie
fres an
dumnu*

SACRÆ SCRIP.

tes, ille autem cum discipulis suis loquebatur, ait, Quę mihi mater? vel quis fratres? Et extendens manum super discipulos, dixit, Hi sunt fratres mei. Et quicumq; fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ille mihi mater, & frater, & soror est. AUCTOR, Locus hic, quę exempli gratia attulit Augustinus, locupletissimè à diuo Hieronymo explicatur cōtra Heluidium, & in Matth. c. 12. lege Regulam. 193.

REGVLA V.

Scripturæ sacræ si defenduntur secundum loquutiones proprias, quę appellantur idiomata, quanto magis secundum eas, quas cum alijs communes habent? Augusti. lib. 7. Quæsti. super Gen. c. xxxj.

EXPLANATIO.

Dabo, inquit Deus ad Abraam, tibi & semini tuo post te terram, in qua habitas, in possessionem æternam. Quæstio est, quomodo dixerit æternam, cum Israelitis temporaliter data sit? Vtrum secundum hoc seculum dicta sit æterna, vt ab eo est αἰών Græcè, quod seculum significat, dictum sit αἰώνιον, tanquam si Latine dici posset seculare. An ex hoc aliquid secundum spiritalem promissionem hic intelligere cogamur, vt æternū dictum sit, ideo quia hinc æternum aliquid significat. An potius loquutionis est scripturarum, vt æternum appel-

REGVLÆ

*eternum est
de bonis
nullis rebus
duntaxat*

lent, cuius rei finis non cōstituitur, aut non ita fit, vt deinceps non sit faciendum, quātum pertinet ad curam vel potestatem facientis. Sicut ait Horatius, Seruiet æternum, qui paruo ne sciet vti. Non enim potest in æternum seruire, cuius ipsa vita, qua seruit, æterna esse non potest. Quod testimoniū non adhiberem, nisi loquutionis esset. Verborū quippe illi sunt nobis auctores, non rerum vel sententiarum.

REGVLÆ VI.

Sunt quedam peculiaria uerba in sacris literis, quibus utūtur ad aliquid proprie significandum. Ambro. super Luc. c. j.

EXPLANATIO.

Luc. 7.

Gen. 12.

Act. 7.

Bene Angelus apparuisse dicitur Zacharie, qui eū repēte cōspexit. Et hoc specialiter aut de angelis aut de Deo scriptura diuina tenere cōsuevit, vt quod non potest prēuideri, apparere dicatur. Sic enim habes, Apparuit Deus Abraham ad illicem Mambræ. Nam qui antè non præsentitur, sed repentino videtur aspectu, apparere memoratur. Non enim similiter sensibilia videntur, & is, cuius in voluntate situm est videri, & cuius naturæ est non videri, voluntatis videri. Nam si non vult, non videtur: si vult, videtur. Apparuit enim Deus Abraham, quia voluit: alij quia noluit, non apparuit. Visus est etiam & Stephano, cū lapidaretur à populo aperiri cælū. Visus est etiā Iesus sc̃as ad dexterā

SACRÆ SCRIP.

Dei, & non est visus à populo. Vidit Esaías do ^{Esa. 6.}
minum Sabaoth, sed alius videre non potuit
quia cū placuit, apparuit. AVCTOR. Am
broſij sententiam confirmat August. Epist. 112.
ad Paulinam.

REGVLA VII.

Distinctio ambiguerū, quæ in pro
nuntiando aut in pungendo fit, ne
cessaria est sacræ scripturæ intelligē
tiæ. Id autē fit ex locis planis, & fidei
regula, Ecclesiæq; auctoritate. Aug.
De doctri. Christ. lib. iij. c. ij. & iij.

EXPLANATIO.

Cū verba propria faciūt ambiguum scriptu
ram; primo providendum est, ne malè distinxe
rimus, aut pronuntiauerimus. Illa hæretica di
stinctio est, In principio erat verbū, & verbum ^{Ioan. 1.}
erat apud Deum, & Deus erat. Verbū hoc erat
in principio apud Deum. Non vult verbum
Deum confiteri. Sed hoc regula fidei refellē
dum est, qua nobis de Trinitatis equalitate præ
scribitur, vt dicamus, Et Deus erat verbum. De
inde subiūgamus, Hoc erat in principio apud
Deum. Illa vero distinctionis ambiguitas neu
tra parte resistit fidei, & ideo textu ipso sermo
nis iudicanda est, vbi ait Apostolus, Et quid ^{Philip. 2.}
eligam, ignoro: compellor autem ex duobus,
concupiscentiam habens, & esse cum Christo.
multò enim magis optimum manere in carne,

a iij

necessarium propter vos. Incertum enim est,
 vtrum ex duobus, Concupiscentiam habens,
 an Compellor autem ex duobus, vt illud ad-
 iungatur, Concupiscentiam habens dissolui &
 esse cum Christo. Sed quoniam ita sequitur,
 Multò enim magis optimum, apparet eius op-
 timi dicere se habere cōcupiscentiam, vt cū
 ex duobus compellatur, alterius tamē habeat
 concupiscentiam, alterius necessitatem: Con-
 cupiscentiam scilicet esse cum Christo, necessi-
 tatem manere in carne. Quæ ambiguitas vno
 consequenti verbo dijudicatur, quod positum
 est, enim. Quam particulam qui abstulerunt in
 terpretes, illa potius sententia ducti sunt, vt nō
 solum compelli ex duobus, sed etiam q̄ duos
 rum habere concupiscentiam videretur. Sic er-
 go distinguendum est, Et quid eligam, ignoro:
 compellor autem ex duobus. Quam distinctio-
 nem sequitur, Concupiscentiam habens dissol-
 ui, & esse cum Christo. Et tanquam quærere-
 tur, quare potius huius rei habeat concupiscen-
 tiam: Multò enim magis optimum, inquit.
 Cur ergo è duobus compellitur? Quia est ma-
 nendi necessitas, quam ita subiicit, Manere in
 carne necessarium propter vos. Vbi autem ne-
 que præscripto fidei, neq̄ ipsius sermonis tex-
 tu ambiguitas explicari potest, nihil obest, se-
 cundum quālibet earum, quæ ostenduntur, sen-
 tentiam distinguere. Veluti est illa ad Corin-
 thios, Has ergo promissiones habētes, chariss-
 mi, mundemus nos ab omni iniquatione car-

2. Cor. 7.

nis & spiritus. Capite nos. neminē nocuimus. Dubium est quippe, vtrum mundemus nos ab omni coinquinatione carnis & spiritus, secundum illam sententiam, Vt sit sancta corpore & spiritu. An mūdemus nos ab omni coinquinatione carnis. Vt alius sit sensus, Spiritus perficientes sanctificationem, in timore Domini capite nos. Tales igitur distinctionum ambiguitates in potestate legentis sunt. Quæcunq; autem de ambiguis distinctionibus diximus, eadem obseruanda sunt & in ambiguis pronuntiationibus. Nam & ipsæ nisi nimia lectoris viuentur incuria, aut regulis fidei corriguntur, aut præcedentis vel consequentis contextione sermonis, aut si neutrum horum adhibetur ad correctionē, nihilominus dubiæ remanebunt, vt quolibet modo lector pronuntiauerit, non sit in culpa. Nisi enim fides reuocet, qua credimus Deum non accusaturum aduersus electos suos, potest illud sic pronuntiari, Quis accusabit aduersus electos Dei? vt hanc interrogationem quasi responsio subsequatur, Deus, qui iustificat. Et iterū interrogetur, Quis est, qui condemnat? Et respondeatur, Christus Iesus, qui mortuus est. Quod credere quia dementissimū est, ita pronūtiabitur, vt præcedat percutatio, sequatur interrogatio. Inter percutationē & interrogationē hoc veteres interesse dixerunt, qd ad percutationē multa respōderi possunt ad interrogationē aut nō, aut etiā. Pronūtiabitur ergo ita, vt post percutationem, qua

Roma. &

ad primum
notum
responden

a v

possum ad in
terrogationem
aut non, aut etiam

REGVLÆ

dicimus, Quis accusabit aduersus electos Dei? illud, quod sequitur, sono interrogantis enuntietur, Deus qui iustificat: vt tacite respondeatur, Non. Et iterum percunctemur, Quis est, qui condemnet? Rursus interrogemus, Christus Iesus, qui mortuus est; magis autem qui resurrexit, q̄ est in dextera Dei, q̄ & interpellat p̄ nobis: Vt vtrobiq; tacite respondeatur, Non.

REGVLAVIII.

Ex uerbis sensum sequamur, ex sententia rationem, & ex ratione ueritatem apprehendamus. Hilarius quinto de Trinitate.

EXPLANATIO.

Verba sensum enuntiant, sensus rationis est motus, rationis motum ueritas incitat. Hieron. in Ecclesiastē. c. i. Non enim, inquit, possumus scire sensum, nisi eum per uerba discamus.

AUCTOR. Magno errore eorum, qui linguarum cognitionem aut negligunt, aut contemnunt.

REGVLAX.

Modus dicendi diuinę scripturę omnibus patet, ipsa tamen non omnibus est penetrabilis. August. Epistola. iij. ad Volusianum.

EXPLANATIO.

Quę aperta continet, quasi amicus familiaris

sine fūco ad cor loquitur indoctorum atq; do-
ctorum. Ea verò quæ in mysterijs occultat, nec
ipsa eloquio superbo erigit, quò non audeat
accedere mens tardiuscula & inerudita, quasi
pauper ad diuitem: sed inuitat omnes humili
sermone, quos non solùm manifesta pascat, sed
etiam secreta exerceat veritate: hoc in pròptis,
quod in reconditis habens. Sed ne aperta fasti-
diantur, eadē rursus operta desiderantur; desi-
derata quodammodo renouantur, renouata
suauiter intimantur. His salubriter & praua cor-
riguntur & parua nutriuntur, & magna obles-
cantur ingenia. Ille huic doctrinæ inimicus
est animus, qui vel errando eā nescit saluberrima-
mam, vel odit ægrotando medicinam.

REGVLA X.

Diuinæ scripturæ sæpe consuetudo
est, ut unum uocabulum secundo in
eodem loco positum diuersa signifi-
cet. Orig. lib. iij. super Epi. ad Rom.

EXPLANATIO.

In Euangelio secundum Ioannē legitur, Nonne ^{Ioan. 4.}
vos dicitis, quia adhuc quatuor mēses sunt,
ut veniat messis? Eleuate oculos vestros, & vi-
dete regiones, quia albæ sunt ad messem. Nonne
& hoc loco messis secundo loco nominata
primò ad corporalem messem refertur, secun-
do ad spiritalem? Et iterum in Euangelio cum
dicit ad Samaritanam mulierem Saluator, Da ^{Ioan. 4.}
mihi bibere; & post responsum eius iterum di-

R E G V L Æ

cit ad eam, Si scires, quis est, qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu utiq; petisses eum, & dedisset tibi aquam viuam. Et iterum addidit ad eam, Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego do ei, non sitiet in æternum. Vide quomodo & bibere ex aqua nunc quidem corporaliter, nunc autem spiritualiter in vno eodemq; accipitur loco.

R E G V L A X I.

Geñ. 17. Ante q̃, siue prius q̃, siue antè, licet sæpe consequentiã indicent, tamen nonnunquam ea, quæ cogitabãtur, ostendit. Hiero. aduersus Heluidiũ.

E X P L A N A T I O.

Matth. 1. Infans Heluidius ante q̃, seu priusquã apud Matthæum cùm ait, Prius q̃ conuenirent, significare consequentiã, scilicet matrem Domini à Ioseph cognitam dicit. Doleámne, an rideam, nescio; imperitiæ arguam, an temeritatis accusẽ. Quasi si quis dixerit, Ante q̃ in portu pranderem, ad Aphricam nauigauĩ: non possit stare sententia, nisi in eo portu prædendum quandoq; sit. Aut si velimus dicere, Paulus Apostolus ante q̃ ad Hispanias pgeret, Romæ in vincula coniectus est. Aut certe illud, Heluidius ante q̃ poenitentiã ageret, morte præuentus est, statim aut Paulo post vincula ad Hispanias secundum, aut Heluidio poenitentiã agenda post mortem, cum scriptura dicat, In interno autem quis confitebitur tibi? Igitur cùm

Psal. 6.

Euangelista dicat, Priusquàm conuenirent, proximum nuptiarum tempus ostendit, & in eo iam rem fuisse, vt quæ prius sponsa fuerat, esse vxor inciperet. Quasi diceret, Antequàm oscula amplexusque miscerent, antequàm rem agerent nuptiarū, inuenta est habens in vtero.

*bella epos
no arbor
thodor*

REGVLA XII.

Familiares est illi linguæ, qua Prophetæ loquuti sunt, ut coniunctio neutatur, cū nil præcessit annectendum. August. in Psal. iij.

EXPLANATIO.

Sæpe inuenis ita coeptum, Et factū est verbum Domini ad illum. Et dixit Dominus ad illum. Quæ iunctura coniunctionis, cū sententia non præcesserit, cui annectatur, mirabiliter fortassis insinuat, prolationem veritatis in voce cum ea visione, quæ sit in corde, esse coniunctam. Quanquā in illo Psalmi, Et scitote, quoniā *Psal. 4* mirificauit: dici posset, quod superior sententia, Vt quid diligitis vanitatem: ita posita est, ac si diceretur, Nolite diligere vanitatem, & quærere mendacium. quo ita posito, rectissima loquutione sequitur, Et scitote. &c. Gregorius Homilia. 2. super Ezechielem, In mente Prophetarum ita coniuncta sunt exterioribus interiora, quatenus simul vtraque videant, simulque in eis fiat & intus verbum, quod audiunt, & foras quod dicunt. Et ideo cū nil præcessit, inci-

REGVLÆ

piunt, Et factum est: quia verbum quod foris protulit, illi verbo, quod intus audierant, coniunxit.

REGVLA XIII.

Corporalium rerum modo Deus loquitur, ut ad excellentiam diuinarum rerum per corporalia homines attollat. Hilarius sexto & duodecimo de Trini. & Gregor. in Homil. de thesauro abscondito in agro. & xxxij. Morali. c. quarto & quinto.

EXPLANATIO.

Psal. 109. Hilarius, Incorporalis Deus cū generationem Filij sui cōmemoraret, ait, Ex vtero ante Luciferum genui te. Sed inenarrabilem illā Vnigeniti natiuitatem ex diuinitatis suæ veritate confirmans, ad intelligentiæ fidem loquutus est, vt de diuinis suis rebus secundum humanam naturam, humanæ naturæ sensum ad fidei scientiam erudiret, vt cū ait, Ex vtero, non ex nihilo creationē substituisse, sed ex se Vnigeniti sui naturalis doceretur natiuitas: quia scriptura per corporalia spiritalia docet, & inuisibilia p̄ visibilia demonstrat. Plerumq; per nostrorum corporum membra operationum suarum nobis Deus momenta significans, sensum nostrum vsu intelligentiæ communis edocet. Operum efficiētia per manum intelligitur, cū ait, Cuius manus creauerunt omnem militiam cæli.

effertus
operum
manus recte intelligim

Vniuersitatis cognitio per oculum significatur, quia extra scientiam Dei nihil sit. Per cor voluntas enuntiatur, per quā Dauid morum probitate complacuit. Inueni, inquit, Dauid secundum cor meum. Gregorius, Sed cum aliis quod membrum Dei dicitur, cauendum sumus, ne opere est, ne quid in eo mens corporeum suspicietur. In Anthropophormitarū namque heresim cadere est, cum, qui incircūscriptè implet, & circumplectitur omnia, intra corporalia lineamenta concludere. Et non solum ab humanis membris similitudinem in se Deus trahit, sed etiam ab humanis mentibus. Aliquando etiam ab auius, aliquando ab insensatis rebus quasdam dissimiles in se similitudines trahit. Omnipotens enim Deus ad sua nos trahēs, vltimēque ad nostra se humiliat, atque vt alta insinuet, humilibus condescendit, quatenus paruulorū animus rebus cognitis enutritus, ad inquirenda surgat incognita; atque ab eo, qui longē super ipsum est, quædam iuxta se audiens, quasi quibusdam ad illum passibus moueatur. Vnde fit, vt per scripturam suam aliquando à corporibus hominum similitudines trahat, sicut de eo Propheta ad Israel dicit, Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi eius. Et sicut de eo speranti homini per Prophetam dicitur, Scapulis suis obumbravit tibi. Constat nimirum, quod in natura sua nec oculum Deus, nec scapulas habeat; sed quia nos per oculum cernimus, in scapulis vero onera sustinemus; Deus, quod omnia

omni sunt
ut non
oculum
Ingen
p. ut enim
trahit de
voluntate

Zach. 2.

Psal. 90.

videat, oculum habere perhibetur: q̄ verò nos
 tolerat, atq; eo ipso quo tolerat, seruat, obum-
 brare nobis in scapulis dicitur. A mentibus etiā
 am humanis similitudines trahit, sicut per Pro-
 phetam ad Israel dicit, Recordatus sum tui, mi-
serans adolescentiam tuā. Et rursus per sponsæ
 comparisonem loquutus, ait, Et si illa oblita
 fuerit, ego tamen nō obliuiscar tui. Quis enim
 nesciat, quia Dei memoria nec obliuione rum-
 pitur, nec recordatione sarcitur? Sed dum aliis
 qua deferens, prætermittit, more mentiū obli-
 uisci dicitur: & cū post longum tempus quæ
 voluerit, visitat, nostræ mutabilitatis consue-
 tudine recordatus vocatur. Quo enim pacto
 diuinitatis vim obliuio dissipat, cui ipsa quo-
 que laudabilis memoria essentialiter concor-
 dat? Aliquando ab auibus in illum similitudo
 trahitur, sicut p̄ Moysen dicit, Expādit alas suas,
& assumpsit eos. Et sicut Propheta ait, Sub
 vmbra alarum tuarū protege me. Quia enim
 nos paruulos dū protegit, nutrit, & dū nō gra-
 ui atq; onerosa, sed leni & blāda p̄tectiōe nos
 refouet, dum suas in nos misericordias exerit;
 quasi more super nos auium alas tendit. Ali-
 quando in sensatis rebus propter infirmitatem
 nostram alta condescensione se comparat, sicut
 per Prophetam dicitur, Ecce ego stridebo
subter vos, sicut stridet plaustrum onustum fœ-
 no. Quia enim fœnum est vita carnalium, sicut
 scriptum est, Omnis caro fœnum. In eo q̄ Do-
 minus vitam carnalium patitur, more plaustri
 fœnum

Deute. 32.

Plat. 16.

Amos. 2.

Esa. 40.

*carnalium vita
 fœnum*

SACRÆ SCRIP.

foenum se portare testatur. Cui sub foeni onere
re stridere, est pondera & iniquitates peccantium
cum querela portare.

REGVLA XIII.

Sacra scriptura mutis rebus loquen-
tium personam imponit. Greg. Nas-
zianze. iij. Theologiæ lib. & Dama-
scenus. ij. orth. fidei. lib. c. sexto.

EXPLANATIO.

Id frequenter in sacris literis legitur. Quale est
est illud Esaïæ, Erubescere Sidon, ait mare. Et il-
lud, Abyssus dicit, non est in me. Et illud, Cæ-
li enarrant gloriâ Dei. Item illud, quod frameæ
quiddam edicitur. Quod denique à montibus
collibusq; quare exultarint, quæritur. Nouit
nanq; scriptura prosopopœiam facere. *1. p. sone firmone*

REGVLA XV.

Diuina scriptura uerarum rerum no-
mina aliquando tribuit rerum simi-
litudinibus. Augu. libr. ij. de mirabi-
lib. sacrae script. c. nono.

EXPLANATIO.

Saul rex ad pythonissam perrexit, vt ex mor-
tuis aliquem sibi per sue artis incantationes su-
scitaret. Quæ cum quæreret ex eo, quem mor-
tuum de somno cuperet resolui, ille etiã Samue-
lem velle respondit suscitari. Suscitatus verò Sa-
muel, Sauli quod eueniret, nūtiat. Hac, ingens,
hora tu & filij tui mecum eritis. Sed & Israel tradā

b

tectū in manū inimicorū eius. Qualiter ergo Sa-
 muel de pythonissa suscitari dicitur, dum py-
 thonissa dæmoniis incantationibus & præ-
 stigijs vti videretur. Et quomodo Saul, qui in
 viuentibus prophetis Dei responsum non in-
 uenit, resuscitatum à morte prophetam audire
 meruit. Vnde non hunc esse Samuelem illum
 prophetam, per factū facilius intelligitur, sed
 Diabolus, qui se transfert in angelum lucis, in
 phantasia Samuelis consideretur. Quod ex ser-
 monibus eius rectè dignoscitur, quoniam fu-
 nesto Sauli dicebat, Tu & filij tui mecum eritis.
 Etenim si verus hic Samuel ostensus esset, nul-
 lo modo iniquum regem consortem sui meri-
 ti post mortem diceret. Si ergo à pythonissa
 Diabolus ostenditur, quare Samuel in diuina
 scriptura dicitur suscitatus. In multis sacræ scri-
 pturæ locis imaginatis rebus verarum rerum
 nomina sæpe ascribuntur. Quomodo & virga
 in similitudinem serpentis imaginata, & phan-
 tastica illa magorum serpentum in Aegypto,
 & ille æneus serpens nominatur. Duo quoque
 Cherubim pro similitudine obumbrare pro-
 pitiatorium nuntiantur. Quinque mures, vel
 quinque annuli de terra Philistinū in capsella
 cum arca Domini deferuntur. Cherubim quo-
 que & palma & malogranata, & retia in tem-
 pli ædificio describuntur. Cū hæc omnia non
 ipsa rerū veritate, sed pro similitudine ista no-
 mina recipiuntur. Ipse tamen scripturæ sine vl-
 la incertitudinis regula quasi res veras hic no-

hunc oppo-
 situm ad
 ducit
 Saulam
 salutem
 nonne
 quoniam

minatim ponunt.

REGVLA XVI.

Figuratæ loquutiones sacræ scripturæ suauius & iucundius nos afficiunt, quàm si eadem sententia planis uerbis diceretur. Augusti. ij. De doctrina Christiana. c. sexto.

REGVLA XVII.

Nil ferè de obscuritatibus sacræ scripturæ eruitur, quod non planissimè dictum alibi reperiatur. Augusti. ij. De doctrina Christiana. c. sexto.

EXPLANATIO.

AVCTOR. Has duas regulas superiores Augustinus declarat vnico Testamenti veteris loco ex libro Canticorum: Dentes tui sicut grex tonfarum ascendens de lauacro, quæ omnes geminos creant; & non est sterilis in eis. Augustinus, Num aliud homo discit, quàm cum illud planissimis verbis sine similitudinis adminiculo audiret? Et tamen nescio quomodo suauius intueor sanctos, cum eos quasi dentes Ecclesiæ video præcidere ab erroribus homines, atque in eius corpus, emollita duritia, quasi demersos mansosque transferre. Oues quoque iucundissimè agnosco de tonsas oneribus secularibus tanquam velleribus positas, & ascendentes de lauacro, id est, de baptismo, creare omnes gemi

b

R E G V L Æ

nos, id est, duo præcepta dilectionis: & nullam
 esse ab isto sancto fructu sterilē video. Nemo
 igitur ambigit, & per similitudines libentius
 quæque cognosci, & cum aliqua difficultate
quæsitamulto gratius inueniri. Qui enim pro-
 fus non inueniunt, quod quærunt, fame labo-
 rant: qui autem non quærunt, quia in prom-
 ptu habent, fastidio sepe marcescunt. Magnifi-
 cè igitur & salubriter Spiritus sanctus ita scri-
 pturas sanctas modificauit, vt locis apertiori-
 bus fami occurreret, obscurioribus autem fa-
 stidia detergeret.

R E G V L A X V I I I.

Propter unius uerbi translationem
 non totus locus figuratè accipien-
 dus est. Augusti, xj. de Gen. ad litem.
 c. trigessimoprmo.

E X P L A N A T I O.

Gene. 3.

In Genesi legimus Adam & Euæ oculos aper-
 tos fuisse, postquā de ligno vitæ comederunt.
 Quod verbum, apertos fuisse oculos eorum,
 translatitium est, & non proprium, cum con-
 stet, & Adam & Euam vidisse oculis fructum
 ligni pulchrum visu, & animalia & volatilia,
 quando adducta sunt ad eum, vt videret, quid
 vocaret ea. Vidit præterea Euam, quādo os ex
 ossibus suis appellauit. Ergo, aperti sunt ocu-
 li, in alia significatione accipiendum est quā
 in propria, non tamen quod sequitur, figuratè
 est accipiendum, sed historica narratione. Et

SACRÆ SCRIP.

Lucas Euangelista cū diceret de illis duobus, *Luc. 24.*
 qui Emaus petebant, q̄ ap̄erti sunt oculi cō-
 rum, & cognouerunt Dominum in fractione
 panis. Non enim per viam clausis oculis am-
 bulabant, sed eum cognoscere non valētibz.
 Sicut ergo ibi, sic in Genesi narratio figurata
 est, vt apertos oculos, qui ante patebant.

REGVLA XIX.

Figuratè qui omnia dici in sacris li-
 teris credūt, falluntur. Augustinus
 octauo, de Gen. ad literā, c. primo.

EXPLANATIO.

Liber qui Cantica canticorum Salomonis in-
 scribitur, totus figuratis loquutionibus con-
 stat. Quidam vero alij sacræ scripturæ libri re-
 rum gestarum narrationem continent, vt libri
 Regum & similes: qui etsi allegorię sensum pa-
 tiantur, illa tamen super historica narratione
 fundatur. Quædam vero sunt, quæ si allegori-
 cè tantum enarrentur, absurda & impossibilia
 continere videantur. Vt si quis totam Paradi-
 si narrationem spiritualiter intelligat, quis
 Cain & Abel genuit & Seth: an & ipsi figuratè
 tantum fuerunt, non etiam homines ex homi-
 nibz nati. De proximo ergo attendant istam
 præsumptionem, quò tendat, & conentur no-
 biscum cuncta primitus, quæ gesta narrantur,
 in expressione proprietatis accipere.

REGVLA XX.

Siue figuratè siue propriè dictū sit,

b iij

REGVLÆ

quod dictum esse narratur : dictum
tamen esse, non debet putari figura-
tum. Augustin. undecimo. de Gen.
ad lit. capi. trigessimono.

EXPLANATIO.

A narratore rerū ppriè gestarum exigendum
est, vt ea narret facta esse, quæ facta sunt, & dicta
esse q̄ dicta sunt. Sicut aut̄ in factis queritur, qd
factum sit, & quid significet : ita in verbis quid
dictum sit, & quid significet : cū dicitur ser-
penti, Super pectus tuum gradieris, &c. tota
ista sententia figurata est. Quod autem scriptū
est, Et dixit Dominus serpenti : verba sola scri-
bentis sunt, & hæc exigenda sunt per proprie-
tatem.

REGVLÆ XXI.

Cauendum est, ne figuratam loqui-
tionem ad literam accipiamus. Nec
loquutio propria ut figurata accipi-
enda est. August. iij. De doctr. Chris-
tia. c. quinto, &c. decimo & undeci.

EXPLANATIO.

2. Corin. 3. Ad hoc pertinet, quod ait Apostolus, Litera
occidit, spiritus autem viuificat. Cū enim fi-
guratē dictum sic accipitur, tanquā proprie-
dictum sit, carnaliter sapitur. Neq; vlla mors
animæ congruentius appellatur, cū id etiam
quod in ea bestias antecellit, hoc est, intelligen-

tiā, carni subijcitur sequēdo literam, Qui enim sequitur literam, translata verba sicut propria tenet, neq; illud quod proprio verbo significatur, refert ad aliam significationem. Sed si sabbatum audierit verbi gratia, non intelligit nisi vnum diem de septem, qui continuo vos lumine repetuntur. Et cum audierit sacrificiū, non excedit cogitatione illud, quod fieri de vitimīs pecōrum terrenisq; fructibus solet. Eademum est miserabilis animæ seruitus, signa pro rebus accipere, & supra creaturam corpoream oculum mentis ad hauriendum eternum lumen leuare nō posse. Illi autem obseruatōi, qua cauemus figuratam loquutionem, id est, translata quasi propriam sequi, adiungendū est, ne propria vt figurata accipiatur. Demonstrandus est igitur prius modus inueniendæ loquutionis, propriæ, an figurata sit.

R E G V L A X X I I.

Quicquid in sermone diuino neq; ad morum honestatem neq; ad fidei veritatem proprie referri potest, figuratum esse cognosce. Augusti. iij. De doctri. Christiā. c. x.

E X P L A N A T I O.

Morum honestas ad diligēdum Deum & proximum, fidei veritas ad cognoscendum Deum & proximum pertinet. Si ergo flagitium aut facinus videtur iubere, aut beneficentiam veras

b iij

REGVLAE

Iean. 6.

re, figurata loquutio est. Nisi manducaueritis, inquit, carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem &c. facinus vel flagitium videtur iubere. Figura est ergo, præcipiens passioni Christi esse communicandum &c.

REGVLA XXIII.

Hanc habet consuetudinem sermo diuinus, ut per tropologiam & metaphoram historiæ exprimat ueritatem. Hieron. in Osee. c. x. Nam tropis oïbus sacra scriptura utitur. Aug. iij. De doct. Chri. c. xxix. Nec tropi, quibus utitur, mendaciæ sunt. Aug. contra mendaciũ ad Consentiũ. c. x.

EXPLANATIO.

Non est mendaciũ, quando ad intelligentiam veritatis aliud ex alio significantia referuntur. Vt cum Christus petra, aut leo, aut vitis dicatur per similitudinem, non per proprietatem. Id quod frequenter in sacris literis occurrit. Sciant, inquit Augustinus, literati, modis omnibus loquutionis, quos grammatici Græco nomine *τρόπος* vocant, auctores nostros vfos fuisse & multiplicatius atq; copiosius, q̃ possunt existimare vel credere, qui nesciunt eos, & in alijs ista didicerũt. Quos tamē tropos qui nouerunt, agnoscunt in literis sanctis, eorumq; scientia ad eas intelligendas aliquantũ

SACRÆ SCRIP.

adiuuantur. Admoneo ergo à grammaticis discantur. AVCTOR. Venerabilis Beda presbyter huiusmodi tropos omnes sacræ scripturæ exemplis exornat, quem legendum consueuimus huiusmodi rerum parum peritis. Occurrunt enim passim sacræ scripturæ lectoribus, & res ipsa facilior est quàm vt hic doceri debeat. Subijcimus autē ex Augustino hyperbolem & antiphrasim, vt lector intelligat alios tropos nō deesse sacris literis, quando huiusmodi non desunt.

*tropos qui
in sacris
inueniuntur
denotant
tenda est a
bedā*

REGVLA XXIIII.

Hyperbole in sacris literis quandoque inuenitur. August. xvj. De ciuitate Dei, c. ij. & in uli, c. Euangelij loannis. Inuenitur & antiphrasis August. contra mendacium ad Consensum, c. x. Vnde tropi mēdacia non sunt.

EXPLANATIO.

Hyperbolica loquutio tropica est, & non propria: quo tamē modo vt cæteris tropis vtī sole re scripturā, nullus, qui eā didicit, ambigit. Iste autē tropus, id est, modus loquutionis, sit, quādo id, quod dicitur, longē est amplius, quàm quod eo dicto significatur. Dixit enim Deus ad Abraam, Faciam semen tuum tanq̃ puluerem terræ. Quis enim non videat, quā sit ino-

*tropus a modo
loquutionis*

Gene. 13.

b v

L. VII.

An. h. phr.
SIS

Iob. 2.

comparabiliter amplior pulueris numerus, quæ
 potest esse omnium hominum ab ipso Adam
 usque ad terminum seculi? Quanto ergo ma-
 gis quæ semen Abraæ, non solum quod pertinet
 ad Israeliticam gentem, verum etiam quod est,
 & futurum est secundum imitationem fidei to-
 to orbe terrarum in omnibus gentibus? Eo-
 dem loquutionis genere dictum est & à Ioan-
 ne in Euangelio, totum mundum capere non
 posse libros, qui scribi possunt de signis, quæ
 Dominus Iesus fecit. Salua enim rerum fide,
 plerunque verba excedere videntur fidem,
 quod non fit, quando aliquid, quod erat ob-
 scurum vel dubium, causa & ratione reddita
 exponitur, sed quando id, quod apertum est,
 vel augetur, vel extenuatur, nec tamē à tramite
 significandæ veritatis erratur. Quoniam sic
 verba rem, quæ indicatur, excedunt, ut volun-
 tas loquentis nec fallentis appareat, qui nouit
 quousque credatur, à quo ultra quam creden-
 dum est, vel minuitur loquendo aliquid, vel
 augetur. Neque enim mendacium est, quan-
 do ad intelligentiam veritatis aliud ex alio si-
 gnificantia referuntur. Ut Christus petra, aut
 vitis, aut leo dicitur, & eiusmodi multa. Quid
 quæ tropica loquutio usque ad eam peruenit,
 quæ appellatur antiphrasis, ut dicatur abunda-
 re, quod non est; dicatur dulce, quod est acidū.
 Vnde illud in scripturis sanctis, Si non in factis
 em benedixerit tibi. Quod Diabolus ait Domi-
 no de sancto Iob, & intelligitur maledixerit.

SACRÆ SCRIP.

Quo verbo & Nabuthei fictum crimen à calumniantibus nominatum est. Dictum est enim quodd benedixerit regi, hoc est maledixerit.

REGVLA XXV.

Parabolæ non sunt ad uerbum exponendæ, ne multa sequantur absurda. Chrysostomus in capitulo tertio Matthæi, Homilia decimatercia. & in capitulo decimonono eiusdem, Homilia sexagesima quinta. Est enim parabola natura discrepantium rerum sub aliqua similitudine facta comparatio. Hieronymus in Marcum capitulo quarto.

*parabola
quæ*

EXPLANATIO.

Non oportet in parabolis nimia in singulis verbis cura perangi, sed cum quid per parabolam intēdat, didicerimus, inde utilitate collecta, nihil ulterius anxio est conatu inuestigandum. Hilarius octauo. de Trinitate, Omnis comparatio ad intelligentiæ formam præsumitur, ut id de quo agitur, secundum propositum exemplum assequamur. Hieron. More prouidentie sue Dominus parabolas proponit, ut qui cælestia capere nō poterāt, p similitudines terrenas audita percipere potuissent.

παράβολι, Græco vocabulo similitudo dicitur, quando illud, quod intelligi volumus, per cōparationes aliquas indicamus. Sic enim ferreū quendam dicimus, cū durum ac fortem cōsideramus intelligi: cū velocem, ventis aut aui- bus comparamus. Quod in trigesimo & sexagesimo & ceterisimo fructu continetur, hoc est, Lege & Prophetia & Euangelio: quod in ore trium testiū mysterium Regni in monte ostensum, id est, Moyfi & Heliae & Iesu consistat. Parabolæ enim, vt ait Hieronymus in, 10. c. Ezechielis & in Ecclesiastes, c. 12. aliud præferunt in verbis, aliud tenēt in sensibus. Aliud in medulla, aliud in superficie pollicentur. Quasi in terra aurum, in nuce nucleus, in hirsutis castanearum operculis absconditus fructus inquiritur.

REGVLÆ XXVI.

Sacræ literæ habent, sed non ostentant eloquentiam. Omnes nanque uirtutes & ornamenta eloquentiæ esse in sacris literis, monstrare se posse dicit Augustinus, iij. De doctri. Christia. c. vj. vij.

EXPLANATIO.

Ambrosius Epistolarum libro octauo, epistola sexagesimatertia, Scriptores, inquit, diuinorum librorum quamuis non secundum artem scripserint, sed secundum gratiam, quæ super omnem artem est: ij tamen qui de arte scri-

pferunt, de eorum scriptis artem inuenerunt,
 & contulerunt commenta artis & magisteria.
 In arte quippe requiruntur præcipue, vt sit
 αἵτιον, ὕλη, ἀποτέλεσμα. Cum igitur legimus
 sanctum Isaac patri dicere, Ecce ignis, & ligna, Gen. 22.
 vbi hostia? quid horum deest? Nam qui quæ-
 rit, dubitat: qui respondet quærenti, pronun-
 tiat, & dubitationem absoluit. Ecce ignis,
 id est, αἵτιον, & ligna, id est ὕλη, quæ Latine
 materia dicitur. Tertium quid superest nisi
 ἀποτέλεσμα, id est diffinitio: quod filius quæ-
 siuit, pater retulit dicenti, Vbi est hostia? Deus,
 inquit, providebit sacrificium fili. Ipse enim di-
 dicerat Propheta, quid esset consummandæ
 rei αἵτιον. Nam cum Moyses mitteretur ad
 populum Dei liberandum ad regem Aegy-
 pti, ait, Quis sum ego, vt vadam, & edu cam Exod. 3.
 populum à Regis potestate? Respondit Domi-
 nus, Ego ero tecum. Interrogabat iterum Moy-
 ses, Quid dicam illis, si requirant, quis est Do-
 minus, qui misit te, & quod nomen est illi? Di-
 xit Dominus, Ego sum qui sum, dices. Qui est
 misit me, Hoc est verum nomen Dei, esse sem-
per. Respondit Moyses, Si non crediderint mi-
 hi, neque obedierint voci meæ, dicentes, quia
 non apparuit tibi Deus: quid dicam illis? De-
 dit illi signa facere, vt crederetur, quia à Domi-
 no missus est. Tertio ait Moyses, Non sum dis-
gnus, & gracili voce sum & tardiore lingua:
 quomodo me audiet Pharao? Vade, & ego
 aperiam os tuum, & instruam te, quid debeas

loqui. Interrogationes ergo illæ in medio, & responsiones habent sapientiæ semina & theori-
 am. Gratum tamen est, quia ait, Ego ero tecum. Et quamuis dederit ei signa facere, tamen dubitanti iterum (vt scias, quia signa non credentibus, promissum autem credentibus) respondit ad infirmitatem vel meriti vel voti, Ego aperiam os tuum, & instruam te, quid debeas loqui. Perfectum ergo ἀποτέλεσμα seruatum est. Habes hoc & in Euangelio, Petite, & dabitur vobis. Pete ἀπὸ τοῦ αἰτίου, id est ab auctore quære. Habes ὅλην intelligibilia quibus quæras. Pulsa, & aperit tibi Deus verbum. Quæ petit, mens est quæ operatur sicut ignis intelligibilia, in quibus mentis ardor operatur sicut ignis in lignis: aperit verbum tibi Deus, quod est ἀποτέλεσμα. Huiusmodi autem permulta habes in vtriusque Testamenti libris. Rupertus Abbas libro. 7. de operibus Spiritus sancti omnes rhetoricæ orationis partes in scriptura sacra plenissimè contineri exemplis ex illa petitis, ostendit. Quæ quoniam ab eo fusissimè explanantur, ad illum lectorem mittimus.

REGVLA XXVII.

Non in hoc tantum sacri libri scripti sunt, ut res gestas narrent: sed ut allegorica in eis quærantur. Augustinus decimoquinto. de Ciui. Dei. capitulo uigesimo septimo.

SACRÆ SCRIP.
EXPLANATIO.

Quis enim nisi mente peruersus, inaniter contendat, libros per annorum millia tanta religione & tam ordinatæ successione obseruantia custoditos ad solas res gestas illic intuentes? Cum præsertim dicat Apostolus, omnia 1. Cor. 13 illis in figura contigisse, & ad nostram doctrinam scripta esse. Origenes in Leuit. Homilia prima, Sicut in nouissimis, inquit, diebus verbum Dei ex Mariæ carne vestitum processit in hunc mundum, & aliud quidem erat, quod videbatur in eo, aliud quod intelligebatur: (caro nis namq; aspectus in eo patebat omnibus, paucis verò & delectis dabatur diuinitatis agnitio) ita & cum per prophetas vel legislatorem verbum Dei profertur ad homines, non absque competentibus profertur indumentis. Nam sicut ibi carnis, ita hic literæ velamine tegitur: vt litera quidem aspiciatur tanquàm caro, latens verò intrinsecus spiritualis sensus tanquàm diuinitas sentiatur.

REGVLA XXVIII.

Allegoria aliud prætendit in uerbis, aliud significat in sensu. Non tamen est quærenda in præceptis, quæ ad uitam pertinent, aut in his quæ perspicua & manifesta sunt. Nam hæc regula sanctarum scripturarum est. Hieronymus in Epist. ad Galat.

c.iiij.& in.c.iiij. Zachar. prophetæ.

EXPLANATIO.

Pleni sunt Oratorum & Poetarum libri. Scriptura quoque diuina per hanc non modica ex parte contexta est. Non tamen ubi manifestissima prophetia de futuris textitur, per incerta allegoriæ extenuanda est. Malachiæ prophetia, ubi aperte reprobantur sacrificia Iudæorum, & Christianorum sacrificia acceptanda esse dicuntur, non est allegoricè intelligenda. Dicit enim, Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum. Ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus. Et cætera, quæ ibi sequuntur.

REGVLA XXIX.

Allegoria in omni hæc regula retinenda est, ut pro sententia præsentis loci consideretur, quod per similitudinem dicitur. Augusti, in Psalmum octauum.

EXPLANATIO.

In octauo Psalmo legis, Oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi. Volucres cæli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris. Pecora campi congruentissimè hoc loco accipiuntur homines in carnis voluptate gaudentes, ubi nil arduum, nil laboriosum ascendunt. Campus est enim lata via, quæ ducit ad interitum. Et in campo Abel occiditur. Quare metuendum

hæc volu-
cræ &
pecora
in pi-
Gen. 4.
in campo
112

SACRÆ SCRIP.

tuendū est, ne quisq; descendēs de mōtib; iu-
sticię Dei (iusticia, inquit, tua sicut montes Dei) ^{Psal. 36}
latitudines & difficultates voluptatis carnalis
eligēs, à Diabolo trucidetur. Vide nunc etiam
volucres cęli superbos, de quibus dicitur, Po. ^{Psal. 72}
fuerunt in cęlum os suum. Vide q; in altum
porrentur, qui dicunt, Linguam nostram ma- ^{Psal. 18}
gnificabimus, labia nostra nobiscum sunt,
quis noster Dominus est? Intuere etiam pis-
ces maris, hoc est, curiosos, qui perambu-
lant semitas maris, id est, inquirunt in pro-
fundo huius seculi temporalia. Quę tanq; se-
mitę in mari tam citò evanesçūt, & intereunt,
quām rursus aqua confunditur, postquām
transeuntibus locum dederit vel nauibus vel
quibuscunq; ambulanti; aut natanti;.
Non enim tantū ambulant semitas maris,
sed perambulant, dixit: ostendens pertinacissi-
mum studium inania & pręterfluentia requi-
rentium. Hęc autem tria genera vitiorum, id
est, voluptas carnis, & superbia, & curiositas,
omnia peccata concludunt. Quę mihi viden-
tur à Ioanne Apostolo enumerata, cū dicit, ^{1. Ioan. 24}
Nolite diligere mundum, quoniā omnia quę
in mundo sunt, cōcupiscentia carnis est, & con-
cupiscentia oculorū, & ambitio seculi. Per
oculos enim maximē curiositas pręualet, Reli-
qua verò quò pertineant, manifestum est. Prę-
dicta nomina, scilicet ovēs, boues & pecora, &
volucres cęli, quamvis isto loco significant
quę diximus; non isto solo modo intelligi &

*ppilres ma-
ris curiosos
intelligi*

REGVLÆ

explicari possunt, sed pro locis: namq; alibi
aliud significant. Hæc est enim Dominica &
Apostolica disciplina,

REGVLÆ XXX.

Tropologia libera est, & his tantum
legibus circumscrip̃ta, ut pietatem
sequatur, intelligentiæ sermonisq;
cõtextum, nec in rebus multum in-
ter se contrarijs uiolenta sit copulã
dis. Neq; enim eadem est historiæ
lex & tropologiæ. Hierony. in. c. j.
Abacuc.

EXPLANATIO.

Ephes. 5.
Gen. 2.

Hierony. in. c. j. Ionæ, Apostolus, inquit, Agar
& Saram ad duo Testamenta refert, & tamen
non omnia, quæ in historia illa narrantur, tro-
pologicè interpretari possumus. Et ad Ephes-
ios de Adâ & Eua disputans, ait, Propter hoc
relinquet homo patrem & matrem suam, &
adhærebit vxori suæ, & erũt duo in carne vna.
Sacramentum hoc magnum est. Ego autem
dico in Christo & Ecclesia. Nunquid totum
principium Geneseos & fabricam mũdi & ho-
minum conditionem ad Christum & Ecclesiã
referre possumus, quia hoc testimonio sitabu-
sus est Apostolus? Hoc enim quod scriptum

alias vsus
nam apostolus affert matrimoni, sacramenti
sive finis coniunctionem christi cum eccle-
sia. vel coniunctionem diuinitatis cum
humana

SACRÆ SCRIP:

est, Ideo relinquet homo patrem suum, referamus ad Christum, vt dicamus, eum in cælis patrem reliquisse Deum, vt Gentium populus iungeretur Ecclesiæ. Hoc quod sequitur matrem suam quomodo possumus interpretari? Nisi forte dicamus reliquisse eum cælestem Hierusalem, quæ est mater sanctorum; & cætera multò his difficiliora. Illud etiam quod ab eodem Apostolo scribitur, Bibebant autem de spiritali consequente eos petra; petra autem erat Christus, nequaquã nos arceat, vt omnem Exodi librũ referamus ad Christum, Quid em̃ possumus dicere, q̃ hæc petra à Moyse percussa sit non semel, sed bis; q̃ aquæ fluxerint, & torrentes repleti sint; Num vniuersam loci huius historiam sub hac occasione cogemus sub leges allegoriæ, & non potius ynusquisq; locus secundum historiæ diuersitatem diuersam recipiet intelligentiam spiritualem? Historia verò stricta est, & euagandi non habet facultatẽ. Lege regulam, xlvj.

REGVLA XXXI.

Sacræ scripturæ interpretes non nuncq; per prolepsim, id est, anticipationem loca quædam alijs nominibus uocant, quàm in sacris literis habeantur. Hieronymus in pluribus locis.

*prolepsis
est antro
pato*

REGVLÆ
EXPLANATIO.

Hieronymus in illud Ezechielis, c. 30. Faciam iudicia in Alexandria. Pristinum, inquit, nos men, vbi postea ab Alexandro Philippi filio Alexandria est condita, habet No, quod Aquila Symmachus & Theodotio sicut in Hebræo positum est, transfulerūt, pro quo nescio quid volentes Septuaginta, dixere Diospolim, quæ Aegypti parua vrbs est. Nos autem pro No, Alexandriam posuimus per anticipationem, quæ Græcè prolepsis appellatur, iuxta illud Vergilianū, Lauinaq; venit littora. Non quòd eo tempore, quo Aeneas venit in Latium Lauina dicerentur, sed quæ postea Lauina nuncupati sunt, vt manifestior locus fieret lectoris intelligentiæ. Et Sain nos Pelusium vertimus.

REGVLA XXXII.

Allegoriæ quædam quæ ex piæ mētis affectu procedūt, quâuis imperiæ culpa carēt. Hilarius in Psal. lxiij.

EXPLANATIO.

Esse enim plures memini, qui omnia, quæ in libris Psalmorum scripta sunt, ad personam Domini nostri vnigeniti filij Dei existiment referenda, nihilq; in eis aliud, quàm quod ei sit proprium contineri. Quæ eorum opinio argui non potest. Omnis enim ex affectu religiosæ mentis hic sensus est, & culpa caret propensiore studio omnia ei, per quem omnia facta

SACRÆ SCRIP.

sunt, coaptare. quanquam idipsum imperitè
fiat, tamen per id quòd ad eum cuncta referun-
tur necesse est, vt ea quæ ei sunt propria verè
& fideliter prædicentur.

REGVLA XXXIII.

Numeros in sacris literis multa my-
steria cōtinere Theologorū omniū
sententia est.

EXPLANATIO.

AVCTOR. Frequēs adeò occurrit hæc nume-
rorū ratio, & abstrusa eorum intelligētia apud
omnes Theologos veteres illos præcipuè, vt
ineptum fuerit alioquin per se rem obuiam il-
lustrare.

REGVLA XXXIIII.

Numerus finitus plerunq; ponitur
in sacris literis pro infinito. Tantū-
dem etiam ualet uariè multiplicatus. Vnde multæ quæstiones soluū-
tur. August. iij. De doctri. Christia.
cap. xxxv.

EXPLANATIO.

Cū enim dicitur in Psalmo, Septies in die ^{psalmus. 32}
laudem dixi tibi, nil est aliud, q̃ semp laus eius
in ore meo. Tantūdem valent etiam cū mul-
tiplicantur siue per denarium, sicut septuagin-
ta & septingenti. Vnde possunt & septuaginta
c iij

REGVLÆ

c.2. 29.

anni Hieremiæ pro vniuerso tempore spiritaliter accipi, quo est apud alienos Ecclesiæ siue per seipsos, sicut decem per decem centum sunt, & duodecim per duodecim, centum quadraginta quatuor; quo numero significatur

7.c.

vniuersitas sanctorum in Apocalypsi. Vnde apparet non solas temporum quæstiones istis numeris esse soluendas, sed latius patere significationes eorum, & in multa prosperare. Neque enim numerus iste in Apocalypsi ad tempora pertinet, sed ad homines.

REGVLA XXXV.

Sacra scriptura singularem numerum pro plurali ponit aliquando. Augustinus quinto De Gen. ad literam, c. x.

EXPLANATIO.

Gene. 1.

Fons, qui ascendebat de terra, ut in Genesi legimus, & irrigabat omnem faciem terræ expeditius & facilius intelligitur, si fons intelligatur pro multis fontibus, singulari scilicet pro plurali. Sicut dicitur locusta, & rana in plagis

Exod. 8.

Aegypti, cum esset innumerabilis locustarum numerus & ranarum. Hieronymus libro. 2. contra Iovinianum, Scriptura, inquit, diuina solet & vnum pluraliter, & plura singulariter appellare.

REGVLA XXXVI.

Mos sacri eloquii est, ut à plurali numero ad singularem subito transeat. Grego. xxvj. Mor. c. x.

SACRÆ SCRIP.
EXPLANATIO.

Heliu in libro Iob cū diceret, Clamabunt & Iob. 35.
eiulabunt, nequaquē subdit, Non dixerunt, Vbi
est Deus? sed, Non dixit, Vbi est deus? A plura
li quippe ad singularem veniens, ad personam
subitō vniuscuiusq; infirmi transiuit, fortasse
quia à singulis melius recognoscitur, qcquid
de eis singulariter auditur, vt ad cor suū quisq;
redeat, & in semetipso hoc quod de vnoquoq;
dicitur, reprehendat.

REGVLA XXXVII.

Cū plures numeri ponuntur, con
suevit sacra scriptura maximè Vet⁹
Testamentum minorem præpone
re, & sic ad maiorem gradatim con
scendit. Hierony. cōtra Iouī, lib. ij.

EXPLANATIO.

Verbi gratia, vt si dicat aliquem fuisse annorū
quinq; & septuaginta & centum, nec tamen
quinq; & septuaginta, plura possunt esse quā
centum. Et in Euangelio Marci legimus, Da
bat fructū, vnum trigessimum, & vnum sexa
gesimum, & vnum centesimum.

REGVLA XXXVIII.

Diuina scriptura solet tēpora ita nū
cupare, ut quod de summa pfectio
ris numeri paulū excrescit aut infra
est, non cōputetur. August. Quæst.
xlvij. super Exodum.

c iij

REGVLÆ
EXPLANATIO.

Gen. 15. Quod dixit Deus ad Abraam, Sciendo scias, quia peregrinum erit semen tuum in terra non propria, & in seruitutem redigent eos, & nocebunt illis quadringentis annis; non sic accipiendum est, tanq̃ in illa durissima seruitute quadringentos annos Dei populus fuerit, sed quia scriptum est, In Isaac vocabitur tibi semen, ex anno natiuitatis Isaac vsque ad annum egressionis ex Aegypto computantur anni quadringenti quinque. Cùm ergo de quadringentis triginta detraxeris, viginti quinque, qui sunt à promissione vsque ad natum Isaac, non mirum est, si quadringentos & quinque annos summa solida quadringentos voluit appellare Scriptura. Non itaque quod ait, In seruitutem redigent eos, & nocebunt illis, ad quadringentos annos referendum est, tanquàm per tot annos eos habuerint in seruitute; sed referendi sunt quadringenti anni ad id quod dictum est, Peregrinum erit semen tuum in terra non propria; quia siue in terra Chanaan, siue in Aegypto peregrinum erat illud semen antequàm hæreditate sumerent terram ex promissione Dei. Quod factum est, postquàm ex Aegypto liberati sunt, vt hyperbaton hic intelligatur, & ordo verborum sit, Sciendo scias, quia peregrinum erit semen tuum in terra non propria quadringentis annis. Illud autem interpositum intelligatur, In seruitutem redigent eos, & nocebunt illis; ita vt ad quæ

dringentos annos ista interpositio non perti-
 neat. In extrema enim parte summæ huius, hoc
 est post mortem Ioseph, factum est vt in Aegy-
 pto populus Dei duram peragerent seruitu-
 tem. AVCTOR. Anni, quibus filij Israel
 manserunt in Aegypto à descensu Abraam in
 Aegyptum, ad exitum de Aegypto populi
 Israel, fuerunt anni quadringenti & triginta,
 cùm Abraham esset annorum septuaginta-
 quinque. Sed ab ingressu Iacob cum familia in
 Aegyptū, ad egressum ex Aegypto sub Moy-
 se, fuerunt anni ducenti quindecim. Ita ergo
 anno quadringentesimo trigesimo data est
 Lex Moyfi à promissione Abrahæ. Quod sa-
 tis constat ex libro Geneseos & Exodo. Verùm
 dura seruitus Israel durauit annos sexaginta
quatuor à morte Ioseph ad exitum Israel de
 Aegypto. Diuus Hieronymus in Epistola
 ad Gala. c. 3. de hac supputatiōe loquens, Non
 parua, inquit, res est, & à multis quæ sita, nescio
 an ab aliquo sit inuenta.

*dura semper
 Israel durauit
 annos sexaginta
 quatuor*

REGVLA XXXIX.

Sacra scriptura non est multiloqua
 in his, quæ non sunt multum neces-
 saria. Chrysostomus in Acti. Aposto-
 lorum, Homil. xv.

EXPLANATIO,

In Actibus Apostolorum Stephanus cùm de
 vocatione Abrahæ à Domino ageret, patris
 Abrahæ non meminit, sed hoc solum nos do-

aa. 7.

REGVLÆ

cuit, quodd videns abire filiū, ierit cū eo. Quodd autem amplius non enarrauit, quodd mortuus est posteaq; habitauit in Charris.

REGVLÆ XL.

Consueuit scriptura aliquando totum pro parte, aut partem pro toto ponere. Gregorius. iij. Moral. c. ix.

EXPLANATIO.

Joan. 20. Pro parte totum ponit, sicut ad monumentū Maria queritur, dicens, Tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eū. Solū quippe corpus Domini quæsitura venerat, & quasi totum simul Dominū sublatum deplorat. Pro

Gen. 45. toto partē, vt sicut Iacob familiam describēs, ait, Intrauit Iacob in Aegyptum cum animabus septuaginta. Quæ nimirum cū animas commemorat, constat quia intrantium & corpora comprehendat.

REGVLÆ XLI.

Nominū mutatio, aut impositio à Deo, aut in illis additio, spiritalis gratiæ indiciū est. Ex multis auctoribus.

EXPLANATIO.

De Christo scriptum est, qd vocatum est nomē eius Iesus, quod vocatū est ab Angelo, priusq; in vtero cōciperetur. Vocabis, inquit Gabriel ad Mariam, nomen eius Iesum; ipse enim saluū faciet populū suum à peccatis eorū. Et Abraæ patriarchæ in nomine additū est, quē cōstat patrem

SACRÆ SCRIP:

rem secundum carnem fuisse populi Iudaici.
Detrahitur est & aliquid nomini Sarę, Zacharię
filio, quę præcursores & baptistā Dñs elegē-
rat, Ioannes nomen imponitur. Sic & Iacob,
Israel dicitur, & Simoni Cephias nomen impo-
situm est à Christo.

REGVLA XLII.

Nomina propria etiā sola si recēseā-
tur in sacra scriptura, nō cōtēnātur.
Chrysost. in Gene. Homilia. xxiiij.

EXPLANATIO.

Cū mysterijs tota grauida sit scriptura, quis
ambigat vel in ipsis nominibus proprijs, seu
impositione, seu interpretatione multū thesau-
rū doctrinę latere? Origines in Leuit. Homil.
viij. Ois, inqt, medicus ex herbarū succis vel ar-
borum vel etiā metallorū venis, vel animantiū
naturis profutura corporibus medicamēta cō-
ponit, Sed herbas istas si quis fortē ante q̃ pro-
ratione artis componantur, aspiciat, si quidē in
agris aut montibus velut fœnum vile concul-
cat, & præterit; si verò eas intra medici scholā
dispositas per ordinē viderit, licet odorem tri-
stem fortē & austerum reddant, tamen suspica-
bitur eas curę vel remedij aliquid cōtinere, ēc
si nondū quę, vel qualis sit sanitatis ac remedij
virtus, agnouerit, Medicum verò dici in scri-
pturis diuinis Dominū nostrū Iesum Christū
etiā ipsius Domini sententia perdocemur.

A V C T O R. Si ergo Christus medicus,
// pharmacopolium diuina scriptura: quis tam

// *pharmaco-
poli taberna*

REGVLÆ

vecors est, qui otiosè & non sine magna hominum vtilitate aliquid in ea positū suspicetur.

REGVLA XLIII.

Moris est scripturarum imperatiuum modum pro optatiuo ponerè. Origen. Homel. j. in Cantica canti. Hieronymo interprete.

Matth. 6.
Cant. 1.

EXPLANATIO.

Vt tibi Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomē tuum: pro Vtinam sanctificetur. Et, Osculetur me, pro Vtinam osculetur.

REGVLA XLIII.

Diuinæ scripturæ mos est, ut optare uideatur malum, quod futurum est, cum non optet, sed præuideat. Augusti. in Psal. lxxviij.

EXPLANATIO.

Iob. 12.
Psal. 78.

AUTOR. Sæpissimè in sacris literis, Psalmis præsertim legimus, vt malè de Deo meritis malè imprecari videatur sacra scriptura. Vnde Iob, Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat costas illius. Gregorius, Non malevolentia voto dicitur in Psalmo, Effunde iram tuam &c. quia prophetatio est, non optatio. Sicut de Iuda traditore, quæ mala illi fuerant pro suis meritis euentura, ita prophetata sunt in Psalmo, quasi optata sint. Quemadmodum enim Propheta nõ imperat Christo, quauis mo

SACRÆSCRIP.

do imperatio pronuntiet, Accingere gladio
tuo super femur tuū potētissime, ita nō opat, *Psal. 44.*
sed prophetat, qui dicit, Effunde iram tuam, & *Psal. 78.*
multa his similia.

REGVLA XLV.

Mos sacri eloquij est, ut res semel di
cta pro confirmatione replicetur.
Gregor. xxviij. Mor. c. xvj.

EXPLANATIO.

In Iob multis verbis quasi per exaggerationē
& amplificationem ostenditur, mari terminū
positū, ne transiret fines suos. At enim, Vt
huc venies, & non procedes amplius, et hic cō
fringes rumentes fluctus tuos. Quibus verbis
confirmatur maris intra suos terminos certissi
ma cohibitio. Et Augustinus in Psalmū, xxxij.
Cum inquit, dicitur, Consilium Domini ma
net in æternum, cogitationes cordis eius in se
culum seculi: repetitio sententię est. Repetitio,
ergo confirmatio.

REGVLA XLVI.

Vetus Testamentū, quadrifariam
traditur: Secundum historiam, secū
dum ætiologiam, secundum analo
giam, secundum allegoriam. Augu
stinus De utilitate credendi ad Ho
noratum. c. iij.

EXPLANATIO.

Ne me ineptum putes Gręcis nominibus vten

tem. Primum quia sic accepi, nec tibi hoc aliter audeo intimare quam accepi. Deinde tu quoque animaduertis, non esse harum rerum apud nos vsitata nomina, quæ si fabricassem interpretando, essem profecto ineptior. Si autem circumloquerer, minus essem in differendo expeditus. Secundum historiam ergo traditur, cum docetur quid scriptum, aut quid gestum sit, quid non gestum, sed tantummodo scriptum quasi gestum sit. Secundum ætiologiam, cum ostenditur, quæ de causa vel factum vel dictum sit. Secundum analogiam, cum demonstratur non sibi aduersari duo Testamenta, Vetus & Nouum. Secundum allegoriam, cum docetur, non ad literam esse accipienda quædam, quæ scripta sunt, sed figuratè intelligenda. His omnibus modis Dominus noster Iesus Christus & Apostoli vsi sunt. Nam de historia illud sumptum est: Cum obiectum esset, quòd die Sabbati discipuli eius spicas euulssissent, Non legistis, inquit, quod fecit Dauid, cum esuriret: & qui cum eo erant? Quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis manducauit, quos non licebat ei manducare, neque eis, qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus. Ad ætiologiam verò illud pertinet, quòd cum Christus prohibuisset, vxorem abijci, nisi fornicat

*Sensus huius
historie*

*Sensum
ætiologicum*

*allegoriam
quod*

Matth. 12.

2. Reg. 21.

*11. alias ex huius
logiam*

eationis causa: relatumque esset ab interro-
 gantibus, Moysen libello dato repudiū, per-
 misisse licentiam: Hoc, inquit, Moyses Math. 18.
 fecit propter duritiam cordis vestri. Hic
 enim causa reddita est, cur illud à Moysese pro-
 tēpore bene permissum sit, vt hoc quod Chri-
 stus præcipiebat, alia iam tempora demon-
 strare videretur. Horum autem tempore-
 rum vices atq; ordinem mira quadam diuina
 prouidentia dispositione digestum atq;
 compositum longum est explanare. Porro
 rō analogia est, qua vtriusq; Testamenti
 congruentia perspicitur. Allegoria, cum
 figuratē dicta intelliguntur. Vt Christus al-
 legoria vitur ex Veteri Testamento. Ge-
 neratio, inquit, hæc signum querit, & si-
 gnum non dabitur ei, nisi signum Iona. 1.
 prophetæ. Sicut enim Ionas in ventre ceti
tribus diebus & noctibus fuit, sic filius ho-
 minis tribus diebus & tribus noctibus erit
 in corde terræ. Et Apostolus ipsam Exodi 1. Cor. 10.
 historiam futuræ Christianæ plebis alle-
 goriam fuisse significat ad Corinthios Epi-
 stola prima: Nolo autem vos ignorare fra-
 tres, quia patres nostri omnes sub nube fue-
 runt, & omnes mare transierunt, & omnes in
 Moysese baptizati sunt in nube & in mari, &
 omnes eundem cibum spiritalē māducauerūt,
 & omnes eundem potum spiritalem biberunt.

allegoria

REGVLÆ.

Bibebant autem de spiritali consequente eos
petra, petra autem erat Christus, Lege regulā xxx.

REGVLÆ XLVII.

Veteris præsertim Instrumentiles
ctionem non probè intelligentes, non
xam incurrunt non scripturæ culpa,
sed legentis. Basilius ad Chilonem
de uita solitaria, & Hierony. in Epi
sto. ad Galat. c. v.

EXPLANATIO.

Omnis namque panis nutrimentum affert ac sal
lutem: agris autem sæpe inutilis. Sic & omnis
scriptura diuina ex Deo est, atque admodum fru
ctuosa, nihilque per se immundum, atque impu
rum retinet, aut præbet, nisi ei qui illud puta
uerit esse impurum. AUCTOR. Vnde
& beatus pater Benedictus in Regula li
bros quosdam Veteris Testamenti legi prohi
bet in monachorum conuentu ea hora, qua pau
lo post cubitum eundem est. Sic enim ait, Mox
ut surrexerint à cœna, sedeant omnes in unum,
& legat unus collationes vel vitas patrum, aut
certè aliquid, quod ædificet audientes. Non au
tem Heptaticum aut Regum, quia infirmis intel
lectibus non erit vtile illa hora hanc scripturam
audire. Hieronymus in Epistolam ad Gal. c. v.
Quia opera, inquit, carnis diuinorum volumi
num historia continet, non valde eos iuuans;
qui sic eam intelligunt, ut scripta est. Quis enim
non

642.

Gene. 38.

non docebitur seruire luxuriæ, & fornicatio-
nem habere pro nihilo, cum Iudam ad meretri-
cem legerit ingredientem: patriarchas habuisse
multas pariter vxores: Quomodo nō ad ido-
latriam prouocabitur, qui sanguinem cau-
rorum, & cæteras Leuitici victimas non plus
quàm quod in litera sonat, putauerit iudica-
re: Quod autem inimicitias in aperto positis
scripturæ sermo doceat, & ex hoc loco proba-
tur: Filia Babylonis misera, beatus qui retribu-
buet tibi retributionem tuam, quam retribuisti
nobis. Beatus qui tenebit, & allidet paru-
los tuos ad petram. Et ex illo, In matutino in-
terficiebam omnes peccatores terræ, & cætera
his similia de contentionibus, videlicet ira, ri-
xis, dissensionibus, ad quæ, si non alius aliqd
sentiamus, prouocant nos magis historiæ ex-
empla, quàm prohibent. Hæreses quoq; ma-
gis de carnali scripturæ intelligentia, quàm de
opere carnis nostræ, vt plurimi æstimant, sub-
stiterunt. Nec nō inuidiam & ebrietates per Le-
gis literam discimus. Inebriatur Noe post dilu-
uium, & patriarchæ apud fratrem Ioseph in
Aegypto, Sed & comellationes in Regnorum
libro scriptæ sunt saltante Dauid, & concrepā-
te tympanis coram arca testamenti Dei, & his
similia. Quæritur, quomodo ad veneficia &
ad maleficas artes simplex scripturæ diuinæ ser-
mo, qui dicitur caro, nos prouocet, nisi ad eius-
dem scripturæ spiritum transcendamus? Puto
hoc significare decies Daniele & tres pueros

Psa. 136

Gene. 9.

Gene. 43.
2. Reg. 6.

d

Magis, incantatoribus & Gazarenis atq; Chal-
dæis sapientiores repertos, & Moysen omni
sapientiâ & doctrina Aegyptiorum eruditum.
Multorum ergo malorum occasio est, si quis
in scripturæ carne permaneat, quæ qui fece-
rint, regnum Dei non cōsequentur. Quamob-
rem spiritum scripturæ fructusq; quæramus,
qui non dicuntur esse manifesti. Multo quip-
pelabore & sudore & digno cultu in scriptu-
ris fructus inuenitur. Vnde arbitror Paulum
diligenter & cautè de scripturæ sensibus dixisse
carnalibus, Manifesta autem sunt opera car-
nis. Vide Regulam. lxxvij.

Gal. 3.

REGVLA XLVIII.

In Veteri & Nouo Testamento si-
cut prædicta sunt, quæ postea facta
sunt in Ecclesia: sic etiam credenda
sunt futura, quæ nondum sunt com-
pleta. Augusti, de catechizandis ru-
dibus, c. ult.

EXPLANATIO.

Gen. 7. Factum est aliquando diluuium per totam ter-
ram, vt peccatores delerentur: & tamen illi, qui
euaferunt in arca, sacramentum futuræ Eccle-
siæ demonstrabant, quæ nunc in fluctibus se-
culi natat, & per lignum crucis Christi à sub-
mersione liberatur. Prædictus est Abraæ fide-
li seruo Dei vni homini, quod de illo esset popu-
lus nasciturus q̄ coleret vnū Deū inter cæteras

Gen. 15.

gentes, quæ idololatrebant. Et omnia quæ illi
 populo ventura prædicta sunt, sic euenerunt,
 vt prædicta sunt. Prophetatus est in illo po-
 pulo etiam Christus rex omnium sancto-
 rum & Deus venturus ex semine ipsius Abra-
 ham secundū carnem, quam assumpsit, vt oēs
 etiam filij essent Abraham, qui fidem eius imi-
 tarētur, & sic est factum. Natū est Christus de
 Maria virgine, quæ ex illius genere fuit. Præ-
 dictum est per Prophetas, quod in cruce passu-
 rus esset ab eodē populo Iudeorum, de cuius
 genere secundū carnem veniebat: & sic factū
 est. Prædictum est, quod resurrecturus esset: re-
 surrexit, & secundum ipsa prædicta Prophetarum
 ascendit in cælum, & discipulis suis Spiri-
 tum sanctum misit. Prædictum est nō solum à
Prophetis, sed etiā ab ipso Dño Iesu Christo, qd
Ecclesia eius per vniuersum orbem terrarum
 esset futura per sanctorum martyria passio-
 nesq; disseminata: & tunc prædictum, quan-
 do adhuc & nomen eius latebat Gentes, &
 vbi notum erat, irridebatur: & tamen virtuti-
 bus miraculorum eius, siue quæ per se ipse,
 siue quæ per seruos suos fecit, dum annuntian-
 tur hæc, & creduntur, iam videmus, quod præ-
 dictum est, esse completum, regesq; ipsos ter-
 ræ, qui antea persequēbātur Christianos, iam
Christi nomini subiugatos. Prædictum est etiā,
 quod schismata & hæreses ex ei⁹ Ecclesia essent
 exituræ, & sub ei⁹ noīe p loca, vbi possent, suū,
 nō Christi gloriā quæsituræ, & ista cōpleta sūt,

d ij



Ayuntamiento de Madrid

REGVLÆ

Nunquid ergo illa, quæ restant, non sunt ventura? Manifestum est, quia sicut ista prædicta venerunt: sic etiam illa ventura sunt, quæcūq; tribulationes iustorum adhuc restant & dies iudicii, qui separabit omnes impios à iustis in resurrectione mortuorū: & nō solum eos, qui sunt extra Ecclesiam, sed etiam ipsius Ecclesiæ paleas, quas oportet vsq; ad nouissimam ventilationem patientissimè sufferat, ad ignem debitum segregabit. Hierony. in Epist. ad Galat. c. iij. Si quis diligenter Hebræa volumina, & ceteras editiones cum Septuaginta translatione contulerit, inueniet, vbi testamentum scriptū est, nō testamentum sonare sed pactum, quod Hebræo sermone dicitur. בְּרִית

*testamentum
a pmo heb.
et xarū
ponat*

REGVLÆ XLIX.

In Testamento Nouo penè nulla in Evangelica aut Apostolica doctrina reperiuntur, quāuis ardua & diuina præcepta & promissa, quæ illis etiam ueteribus desint, August. j. Re tract. c. xxiij.

EXPLANATIO.

Matth. 5. Quid est, quod in sermone Euāgelico in monte Dñs dicit, Audistis quia dictum est antiquis hoc? Ego autem dico vobis hoc, si nihil ipse amplius præcepit, quàm præceptum est in illis veteribus libris? Deinde regnum cælorum illi populo fuisse promissum non legimus in

his, quæ promissa sunt, Lege data per Moysen in monte Sina, quod propriè dicitur Vetus Testamentum, quod præfiguratum dicit Apostolus per ancillam Saræ & filium eius. Sed ibi figuratum est & Nouum per ipsam Saram & filium eius: proinde si figure discutiantur, omnia ibi prophetata reperiuntur, quæ sunt præsentata, vel expectantur præsentanda per Christum. Verū tamen propter quædam præcepta non figurata sed propria, quæ nō in Veteri Testamento, sed in Nouo inueniuntur, cautius & moderatius diceretur penè nulla quàm nulla hic esse, quæ nō sunt in illis, quāuis & illic sint illa duo præcepta de dilectione Dei & proximi, quod rectissimè omnia & legitimè & Prophetica Evangelica & Apostolica referuntur. Quanquā enim vtrunquē in vtroquē sit, præualeat tamen in Veteri timor, amor in Nouo: quia ibi seruitus, hīc libertas ab Apostolis prædicatur. Hieronymus in Epistola ad Damasum de prima visione Esaia, Pulchre, inquit, Seraphim clamat alter ad alterum. Quicquid enim in Veteri legimus Testamento, hoc idem in Evangelio reperimus: & quod in Evangelio fuerit lectitatum, hoc ex Veteris Testamenti auctoritate deducitur, Nihil in eis dissonū, nihil diuersum est. Lege regulam, xxxij.

Gala. 4.

Augus. de
mor. ecclē
sive catho.

REGVLA L.

Vetus Testamentum est occultatio Noui, et Nouum manifestatio

d iij

REGVLÆ

Veteris . Quæ Testamenta dif-
ferunt figuris & figuratis , multi-
tudine ac paucitate sacramento-
rum , timore & amore , seruitute
& libertate . Augustinus De uera
religione . capitulo decimosepti-
mo . & De catechizandis rudibus,
capitu . quarto . & De moribus Ec-
clesiæ catholicæ . capitulo uigesimo
octauo ,

EXPLANATIO:

Manifestum est , non tantum totam Legem
& Prophetas in illis duobus pendere præce-
ptis dilectionis Dei & proximi , quæ adhuc
sola scriptura sancta erat , cum Dominus hoc
diceret , sed etiam quæcunq; posterius salubri-
ter consecrata sunt , memoriæq; mandata diui-
narum volumina literarum , Quapropter in
Veteri Testamento est occultatio Noui , & in
Nouo Testamento est manifestatio Veteris .
Secundum illam occultationem carnaliter in-
tellegentes carnales , & tunc & nunc penali ti-
more subiugati sunt . Secundum hanc autem
manifestationem spirituales , & tunc quibus piè
pulsantibus etiam occulta patuerunt , & nunc

qui non superbè quærunt, nec etiam aperta claudunt, spiritualiter intelligentes, donata charitate, liberati sunt. Quoniam verò pietas timore inchoatur charitate perficitur: populus timore constrictus, tempore seruitutis in veteri Lege multis sacramentis onerabatur: hoc enim talibus vtile erat ad desiderandum gratiam Dei, quæ per Prophetas ventura canebatur. Quæ vti venit, ab ipsa Dei sapientia homine assumpto, à quo in libertatem vocati sumus, pauca sacramenta saluberrima constituta sunt, quæ societatem Christianam populi, hoc est, sub vno Deo liberæ multitudinis continerent. Multa verò quæ populo Hebræo, hoc est, sub eodem vno Deo compeditæ multitudini erant imposita, ab actione remota sunt, in fide atque interpretatione manserunt. Ita nunc nec seruiliter alligant, & exercent liberaliter animum. Ita vt coercitio in Veteri Testamento sit, instructio verò amore perficitur. In his duobus Deus ipse, cuius bonitate atque clementia sit omnino, vt aliquid simus, duobus Testamentis Vetere & Nouo, disciplinæ nobis regulam dedit. Duorum differentiam sic probamus, vt in illo sint onera seruorum: in isto gloria liberorum. In illo cognoscatur præfiguratio possessionis nostræ: in isto teneatur ipsa possessio. In Veteri homini fusi giæ tanquam Dominus apposuit, quod timeret:

d iij

duoq. test.
novoq. disci-
plinæ

in Nouo redeunti tanq̃ pater apposuit, quod
 amaret. Hieronymus dialogo primo contra
 Pelagiũ sub persona Attici, In Lege, inquit,
 veteri serui, in noua p̃sens Dominus loquit̃.
 Ibi promittitur, h̃ic cõpletur. Ibi initia, h̃ic per
 fectio est, In illa operum fundamēta iaciũtur,
 h̃ic fidei & gratiæ culmen imponitur. Idē etiā
 super Matthæum ca. xj, Si quæras, inquit, quo
 modo Lege leuius est Euangelium, cū in Le
 ge homicidiũ, in Euangelio ira damnetur: qua
 ratione Euangelij gratia faciliior, cū in Lege
 adulterium, in Euangelio concupiscentia pu
 niatur? In Lege multa p̃cepta sunt, quę Apo
 stolus non posse compleri plenissimē docet, in
 Lege opera requirũtur, quę qui fecerit, viuet
 in eis. In Euangelio voluntas quæritur, quę
 etiam si effectum nō habuerit, tamen p̃miũ
 non amittit. Euangelium ea p̃cipit, quę pos
 sumus, ne scilicet concupiscamus: hoc in arbi
 trio nostro est. Lex cū voluntatem non pu
 niat, punit effectum, ne adulterium facias. Fin
 ge in persequutione aliquam virginem prosti
 tutam: hæc apud Euangelium, quia voluntate
 nō peccat, virgo suscipitur. In Lege quasi cor
 rupta repudiatur.

R E G V L A L I.

Lex uetus Moyſis nomine frequen
 ter appellatur in sacris literis. Di
 dymus de Spiritu sancto, interprete
 Hieronymo.

SACRÆ SCRIP.
EXPLANATIO.

Crebrò legisse me memini, Moysen appellatū
esse pro Lege: vt in Apostolo, Vsq; in hodie ^{2. Cor. 3.}
num diem quando legitur Moyses. Et Abra- ^{Luc. 16.}
ham ad diuitem in supplicijs constitutum. Ha-
bent, inquit, Moysen & Prophetas. Et certè li-
quido comprobatur, ibi Moysen non virum
significatum esse, sed Legem. A V C T O R. In
hac quoq; sententia est Origenes plurimis lo-
cis. Hieronymus lib. 3. aduersus Iouinianum,
Moysen, inquit, & Dominus noster & Apo-
stolus interpretantur Legem. Ab Adam, in-
quit, vsq; ad Moysen regnauit peccatum.

moyses pro lege

REGVLA LII.

Vbicunq; in Veteri Testamento
ἀλλοφύλος id est alienigenas, legeri-
mus, &c. quære regulam. clxxx.

REGVLA LIII.

Quoties in Nouo Testamento le-
gimus, Hoc factum est, ut implere-
tur, quod dictum est per Prophetā,
quomodo intelligendum.

EXPLANATIO.

Remigius dicit, Matthæi consuetudinem hanc
esse, vt confirmaret Veteris Testamenti aucto-
ritate, quod dicebat, quia Iudæis scribebat. Di-
uus Hieronymus, in principio decimioctauī cō-
mentariorum in Esaiam, Euangelistæ, inquit,
& Apostoli semper aduentū Dñi Veteris Te-

stamenti cupientes testimonijs roborare, dicebant, Vt impleretur, quod dictum est per Prophetam. Vide Regulam. lxiij.

REGVLA LIIII.

Librorum Veteris Testamenti & ordinem, & numerum, & gradum ostendit diuus Hieronymus in Præfatione libri Regum, quæ incipitur, Viginti & duas literas. Totius etiã diuinæ scripturæ libri qd contineât, idem Hieronymus explicat in epistola ad Paulinum, cuius initium est Frater Ambrosius. Has autem epistolas ideo hic non subiicimus, quia in omnibus sacrorum bibliorũ uoluminibus habentur, & uulgatissimares est. Tantũ admonuisse lectorem uoluimus.

REGVLA LV.

Quotiescunq; in Nouo Testamento eadem uerba legũtur, quæ in Veteri testamento habentur, uidendũ est, an sensus, an sermo tantũ consentiat. Hieronymus in Matthæ. capitu. x.

SACRÆ SCRIP.
EXPLANATIO,

In Euangelio secundum Mattheum Saluator Math. 10,
ait, Veni enim separare hominem aduersus pa-
trem suū, & filiam aduersus matrē suam, & nu-
rum aduersus socrum suam, & inimici homi-
nis domestici eius. Hic locus prope eisdem ver-
bis in Michea propheta scribitur. Quæ verba
vtrum assumpta sint de Propheta, an propria
autoritate præcepta, nosse Domini est, qui &
in Prophetis & in Euangelij loquutus est.

REGVLA LVI.

Quid utrunq; Testamentum conti-
neat, ex Gregorio Nazianzeno. v.
Theologiæ libro.

EXPLANATIO.

Duæ vitæ humanæ mutationes omni æuo ex-
titerūt vel cū primis illustres, quæ & duo Tes-
tamenta, & nimirū ob literæ celebritatē Ter-
ræ motus appellantur. Harū altera animos ho-
minū à simulachris ad Legē, altera à Lege ad
Euāgeliū traduxit. Sed et de tertio motu Euā-
gelium docemur, quo videlicet ab his sensibi-
libus eò, vbi nihil amplius neq; mouetur, neq;
concutitur, traducemur.

REGVLA LVII.

In narratione rerum gestarum res
ipsæ prius intelligendæ sunt, ut nar-
rantur: tunc demū si qd aliud signi-
ficant, oportet pscrutari. Aug. viij.

De Gen. ad literam. c. vii.

EXPLANATIO.

Gen. 2.

Quatuor illa flumina, in quæ flumen illud, quod egrediebatur de Paradiso diuisum est, cum & eorum nomina scriptura sacra commemoret, Geon, Phison, Tigrim & Euphratem, & regiones, quas illa permeant, suis nominibus appeller, Euilath, Aethiopiam, Assyriam: absurdum esset allegoricè tantū accipere, nisi prius illa esse vera flumina concedantur.

REGVLA LVIII.

Intellectus sacri eloqui inter textū & mysteriū tanta est libratione pendendus, ut utriusque pars lance moderata, hūc neque nimiae discussionis pondus deprimat, neque rursus torpor incuriae uacuum relinquat. Grego. xxj. Mor. c. j.

EXPLANATIO.

Multæ sacri eloqui sententiæ tanta allegiarum conceptione sunt grauidæ, ut quisquis eas ad solam tenere historiam nititur, earum notitia per suam iniuriam priuetur. Nonnullæ verò ita exterioribus præceptis inseruiunt, ut si quis eas subtilius penetrare desiderat, intus quidem nihil inueniat, sed hoc sibi etiam, quod foris loquuntur, abscondat. Vnde bene quoque narratione historica per significationē dicitur, Tollēs Iacob virgas populeas virides

Gen. 30.

& amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticauit eas, detractisq; corticibus, in his, quæ spoliata erant, candor apparuit; illa verò, quæ integra erant viridia permanserunt. Atq; hunc in modū color effectus est varius. Vbi & subditur, Posuitq; eas in canalibus, in qbus effundebatur aqua, vt cū venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & aspectu earū conciperent. Factumq; est, vt in ipso calore coitus oues intuerentur virgas, & parerēt maculosa & varia & diuerso colore respersa. Quid est enim virides amygdalinas atq; ex platanis ante gregum oculos ponere, nisi per scripturæ sacræ seriem antiquorū patrum vias atq; sententias in exemplum populis præbere? Quæ nimirū quia iuxta rationis examen rectæ sunt, virgæ nominantur. Quibus ex parte corticem subtrahit, ex parte relinquit, dum quasi literæ intellectum fugimus, quasi corticem subtrahimus; & dum plerunq; intellectū literæ sequimur, quasi corticem referuamus.

REGVLA LIX.

Si secundum literam, id est, ut litera sonat, aliqua intelligi piè & dignè non possunt, nisi figuratè atq; ænigmatibus ista credamus auctoritatē habemus Apostolicā, à quibus tā multa Veteris Testamenti soluuntur ænigmata. Augu. viij. De Gen.

REGVLÆ
ad literam, capit. secundo.

EXPLANATIO.

Gregorius, xvij. Moraf. c. xxx. Plerunq; in sacro eloquio sic nonnulla mystica describuntur, vt tamen iuxta narrationem historicam prolata videantur; sed sæpe in eadem narratiōe permixta quædam sunt, per quæ superficies historiæ cuncta quassetur. Quæ dum nihil historicum resonant, aliud in eis inquirere lectorem cogunt. Apud Iob legis, Nō adæquabitur ei aurum vel vitrum. Quis sapiens hoc iuxta literam sentire dignetur? vitrū quippe auro longè est vilius, & postq; dictum est, quòd aurum huic sapientiæ non æquatur, adhuc quasi crescendo subiungitur, quòd ei quoq; neque vitrū possit æquari. Sed ipsa nos litera ab historico intellectu ad indagandum allegoriæ mysterium mittit. Quid ergo in auro vel vitro accipimus nisi illam beatorū ciuium societatem, quorum corda sibi inuicem & charitate fulgent, & veritate translucent? Quam Ioannes in Apocalypsi conspexerat, cum dicebat, Ipsa verò ciuitas auro mundo similis, vitro mundo.

REGVLA LX.

Sacra scriptura plurima continet, quorum quædam in contrariam, quædam in diuersam, quædam in

ambiguam significationem accipiuntur. Augustinus tertio De doctrina Christiana. capitulo uigesimo quinto.

EXPLANATIO.

Quoniam multis modis res similes rebus apparent, non putemus esse præscriptum, ut quod in aliquo loco res aliqua per similitudinem significauerit, hoc eam semper significare credamus. Nam & in vituperatione fermentum posuit Dominus, cum diceret, Cave uete à fermento Phariseorum. Et in laude,

cum diceret, Simile est regnum cælorum mulieris, quæ abscondit fermentum in tribus mensuris farinæ, donec fermentaretur totum. Luc. 13.

Huius igitur varietatis observatio duas habet formas. Sic enim aliud atque aliud res quæque significant, ut aut contraria, aut tantummodo diuersa significant. Contraria scilicet, cum aliàs in bono, aliàs in malo res eadem per similitudinem ponitur, sicut hoc est, quod de fermento supra diximus. Tale est etiam,

quod leo significat Christum, ubi dicitur, Vicit leo de tribu Iuda. Apoc. 5. Significat & Diabolum, ubi scriptum est, Aduersarius vester Diabolus circuit, quærens quem deuoret. 1. Pet. 5. Ita serpens in bono est, Astuti ut serpentes. In malo autem, Serpens Euam seduxit astutia sua. Matth. 10.

*fermentum
dicitur son
in mory
anip*

Ioan. 6.

In bono panis, Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. In malo autē panis. Panes occultos libenter edite. Sic & alia plurima. Et hæc quidē quæ commemorauī, minimē dubiam significationem gerunt, quia exempli gratia commemorari non nisi manifestissima debuerunt. Sunt autē quæ incertum sit, in quam partem

Psal. 74.

accipi debeant, sicut, Calix in manu Domini vini meri plenus mixto. Incertū est enim, vtrū iram Dei significet non vsq; ad nouissimam pœnam, id est, vsq; ad fecem: an potius gratiā scripturarum à Iudæis ad Gentes trāseuntem. Quia inclinauit ex hoc in hoc, remanentibus apud Iudæos obseruationibus, quas carnaliter sapiunt: quia fex eius non est exinanita.

*aqua popu-
lū signi-
ficat*

Apo. 17.
Ioan. 7.

Cū verò res eadem in contraria, sed tantūm in diuersa significatione ponitur, illud est in exēplo, quod aqua & populū significat, sicut in Apocalypsi legimus, & Spiritū sanctū. Vnde est illud, Flumina aquæ viuæ fluent de ventre eius. & si quid aliud atq; aliud pro locis in quibus ponitur, aqua significari intelligitur. Sic & aliæ res non singulæ, sed vnaquæq; earū non solūm duo aliqua diuersa, sed etiam non nunq; multa significant pro loco sententiæ, sicut posita reperitur. AUCTOR. Vides erudite Theologe, quā immensa dictionum diuersa, aut contraria, aut ambigua in sacris literis significantium sylua huic Augustini regulæ velut appendix subnecti poterat, si alienis vigilijs insidiari, aliorumq; labores pro nostris vendicare

venditare in animo nobis fuisset. Verum cum
& à Christiano candore, & à meis moribus id
sit alienissimum, ad eos auctores legendos re-
mittimus, qui in huiusmodi negotio nec sine
laude nec, sine fructu versati sūt. Quod si & nos
quædam huiusmodi dictionum tractamus, ta-
lia erunt, quorum illi prorsus nō meminerūt.

REGULA LXI.

Literalis expositio maxime cōmen-
datur, ubi commodè fieri potest.
Basilius in Hexahem. congressio-
ne. ix.

EXPLANATIO.

Scio vertendi leges alias in alias sententias scri-
pturam, & si non à me ipso compleri, sed elab-
oratas ab alijs offendi. Nam qui non acce-
prant sententias scripturæ communes, ij non
aquam vt aquā accipiūt, sed aliam quandam
naturam inquiunt esse, & plantam & piscem
ad id quod ipsis videtur, immutant. Reptiliū
etiam ortum atque ferarum ad suas sententias
vertentes, interpretantur perinde vt somnio-
rum interpretes ad id respicientes, quod sibi
proposuerunt, eorum quæ secundum quietem
visa sunt, interpretationes asserre solent. Ego
verò cum fœnum audio, fœnum intelligo, &
stirpem & piscem & iumentum, omnia, vti di-
cta sunt, ita accipio. non enim me religionis
nostræ legisq; pudet. AVCTOR. Epipha-
nūs Salaminæ Episcopus Origenem carpit, q̃

allegoricè tantū interpretur, vt auctor est Hieronymus. Quo etiam nomine Origenes attractus est & à Diuo Hieronymo, vt in præfatione decem visionum Esaïæ ad Amabilem episcopum; Origenes, inquit, liberis allegoriæ spatijs euagatur, & ingenium suum facit Ecclesiæ sacramenta.

REGVLÆ LXII.

Locum unum sacrae scripturæ exponere per alium eiusdem scripturæ clariorem, optima interpretatio est. Aug. iij. De doct. Christi. c. xxvj.

EXPLANATIO.

Vbi apertius aliquid ponitur, ibi discendum est, quomodo in locis intelligatur obscuris. Neq; enim melius potest intelligi, quod dictū est Deo, Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi; q̃ ex illo loco, vbi legitur, Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Nec tamen ita, vt iam ubicūq; scutum pro aliquo munimento legerimus possumus, nō accipiamus nisi bonam voluntatem Dei. Dictum est enim, Et scutum fidei. Origenes in Epistolam ad Roma. c. iij. Moris, inquit, est Apostoli Pauli ē sanctis scripturis confirmare quæ dixit: simul & doctoribus Ecclesiæ præbet exemplum, vt ea, quæ loquuntur ad populum, non proprijs præsumpta sententijs, sed diuinis munita testimonijs proferant. Si enim ipse talis ac tantus Apostolus auctoritate di-

Psal. 34.

Psal. 5.

Ephes. 6.

SACRÆ SCRIP:

etorum suorum sufficere posse non credit, nisi doceat in Lege & Prophetis scripta esse, quæ dicit; quanto magis nos minimi obseruare debemus, vt non nostras, cum docemus, sed Sancti spiritus sententias proferamus.

REGVLA LXIII.

Non quid omnipotentia Dei facere possit, cui cuncta possibilia sunt, sed quid in naturæ ordine ab eo institutum sit, uidendum est. Augusti. ij. De Gen. ad literam. c. j.

EXPLANATIO.

Nec enim si vellet Deus sub aqua oleum aliquando manere, non fieret, non ex eo tamen olei natura nobis esset incognita, quia ita facta sit, vt appetendo suum locum, etiam si subterfusa fuerit, perfruat aquas, eisque se superpositam collocet. Sic & de Psal. 148, aquis, quæ super caelos sunt, dicendum, vt eas illic esse credamus, vbi scriptura illas esse dicit.

REGVLA LXIIII.

Sacræ scripturæ obscuritas cum diuersas pariat sententias, utilis est. Augusti. xj. De ciuita. Dei. c. xix.

EXPLANATIO.

Dum enim alius sic, alius sic intelligit, ita tamen vt quod in obscuro loco intelligitur, vel attestatione rerum manifestarum, vel alijs locis minimè dubijs asserat, siue cum multa tractant: ad id quoque perueniatur, quod sensit ille, qui scripsit, siue

e ij

id lateat, sed ex occasione tractandæ profundæ obscuritatis alia quædam vera dicantur nō mihi videtur ab operibus Dei absurda sententia.

REGVLA LXV.

Ambigua in sacris literis si explicari non possunt, in utranq; partem intelligi possunt, si fidei regula non obstet. Augusti. ij. de Trinit. ca. j. & De doctr. Christia. c. ij.

EXPLANATIO.

Ioan. 7.

Sunt quædam in sanctis libris ita posita, vt ambiguum sit, quonam referenda sint. Vt quod Christus ait, Mea doctrina nō est mea, sed eius, qui misit me. Nam & ex forma serui potest accipi, & ex forma Dei, in qua sic æqualis est Patri, vt tamen de Patre sit. In Dei quippe forma sicut nō est aliud Filius, aliud vita eius, sed ipsa vita Filius est; ita non est aliud Filius, aliud doctrina eius, sed ipsa doctrina Filius est: ac per hoc sicut id quod dictum est, Dedit Filio vitā: non aliud intelligitur, quā genuit Filiū, qui est vita. Sic etiam cū dicitur, Dedit Filio doctrinā: bene intelligitur, Genuit Filiū, qui est doctrina. Vt quod dictum est, Mea doctrina non est mea, sed eius, qui me misit, sic intelligatur ac si dictum sit, Ego non sum à meipso, sed ab illo, qui me misit.

Sententia aliqua probabilis tandiu
non est contra fidem, donec ueritas
te certissima refellatur. Augu. j. De
Gen. ad literam. c. ix.

EXPLANATIO.

Ponamus enim in eo quod scriptum est, *Dis* Gene. i.
xit deus, Fiat lux, & facta est lux: aliā sensisse lu-
cem corporalem factam, & aliam spiritalē esse
lucem in creatura spiritali, quod nostra fides
non dubitat esse ante lucem corporalem cæle-
stem aut etiam super cælum, vel ante cælum,
cui succedere nox potuerit, tandiu non est con-
tra fidem, donec ueritate certissima refellatur.
Quod si factum fuerit, non hoc habebat diui-
na scriptura, sed hoc senserat humana ignoran-
tia. Si autem hoc uerum esse certa ratio demō-
strauerit, adhuc incertum erit, vtrum hoc in il-
lis uerbis sanctorū librorū scriptor sentiri uo-
luerit, an aliud nō minus uerum. Quod si cæ-
tera contextio sermonis nō hoc eum uoluisse
probauerit, non ideo falsum erit aliud, quod
ipse intelligi uoluit, sed & uerum & quod utri-
usque cognoscatur. Si autem cōtextio scripturæ
hoc uoluisse intelligi scriptorem nō repugna-
bit, adhuc restabit quærere, vtrū & aliud non
potuerit. Quod si & aliud potuisse inueneri-
mus, incertū erit, quidnā eorū ille uoluerit, an
vtrūq; sentiri uoluisse non inconuenienter cre-
e ij

REGVLÆ

ditur, si vtriusq; sententiæ certa circumstantia suffragatur.

REGVLA LXVII.

In rebus obscuris atq; à nostris oculis remotissimis, si qua inde scripta
etiam diuina legerimus, quæ pos-
sint salua fide, qua imbuimur, alijs
atq; alijs parere sentētis; in nullā ea-
rum nos præcipiti affirmatione ita
proiiciamus, ut si fortè diligentius
discussa ueritas eam rectè labefacta
uerit, corruamus, non pro senten-
tia diuinarū scripturarū, sed pro no-
stra ita dimicantes, ut eā uelimus scri-
pturarum, quæ nostra est, cum po-
tius eā quæ scripturarū est, nostram
esse uelle debeamus. Aug. De Gen.
ad literam. ca. xviij. Lege explana-
tionem præcedentis Regulæ.

REGVLA LXVIII.

Diuina scriptura aliquādo tanq; in-
firmis infirmè loquitur, & tamen
innuit aliquid, quod intelligat, qui
ualuerit. Augusti. v. De Gen. ad li-
teram. capitu. vj.

SACRÆ SCRIP:
EXPLANATIO.

Cum sacra scriptura dies seorsum commemo- Gene. 1.
ret, quibus Deus cuncta creauit, subiungit, di-
cens, In die quo fecit Dominus Deus cælū &
terram, & omne virgultū agri & cætera. Quod
iccirco dictum est, vt quomodo possemus, co-
gitaremus simul omnia Deum fecisse, quāuis
superior sex dierum enumeratio, velut tempo-
rum interualla ostendisse videretur.

REGVLA LXIX.

Moris est scripturarū obscuris ma-
nifesta subnectere, & quod prius
sub ænigmate dixerint, aperta uoce
proferre. Hierony, in Esai. c. xix. v.
libro Comment.

EXPLANATIO.

Cum contra Aegyptum fuerat Propheta
comminatus, Vch terræ obumbrāti alis, quæ
est trans flumina Aethiopiæ, &c. quæ Prophe-
ticus sermo contexuit, postea manifestio-
rem fecit intelligentiam, & ad ipsam commi-
nans Aegyptum, loquitur, quod nequaquā per
angelos, sed ipse Dominus veniat super nu-
bem leuē, id est, velocem, & ingrediatur Aegy-
ptum: & idola Aegypti contremiscant, tabes-
catque cor fortium, & Hieremiæ vaticiniū com-
pleatur, Disperdam simulachra, & cessare fas-
ciam idola de Memphis.

Hiere. 46.

REGVLA LXX.

Quæ remota sūt à cognitiōe nostra

c iij

prius ex diuina auctoritate credenda sunt, deinde per hæc q̄ nota sunt, vtcunq; noscenda, quanto quisq; magis minusue potuerit pro suæ capacitatis modo diuinitus adiutus internis externisq; rationibus, vt possit. August. v. de Gen. ad literā. xij.

EXPLANATIO.

Cum aliter se habeant omnium creaturarum rationes incommutabiles in verbo Dei, aliter illa eius opera, à quibus in die septimo requieuit: aliter ista, quæ ex illis vsq; nunc operatur, horum trium hoc, quod extremum posui nobis vtcunq; notum est per corporis sensus & huius consuetudinē vitæ. Ex creditis ergo prius alia indaganda sunt.

REGVLÆ LXXI.

A scripturæ sensu aberrare leuius est, q̄ illam falsam credere. August. xij. confess. c. xxij.

EXPLANATIO.

Duo video dissensionum genera oboriri posse, cum aliquid à nuntijs veracibus per signa enuntiatur, Vnum si de veritate rerum, alterū si de ipsius, qui annuntiat, voluntate dissensio est. Aliter enim quærimus de creaturæ conditione, quid verum sit: aliter autem quid in his verbis Moyse egregius domesticus fidei

SACRÆ SCRIP.

tux Domine, intelligere lectorē auditoremq;
voluerit. In illo primo genere discedant à me
omnes, qui ea quæ falsa sunt, se scire arbitran-
tur. In hoc item altero discedant à me omnes,
qui ea quæ falsa sunt, Moysen dixisse arbitran-
tur. Nescire ergo eam mētis hebetudo, falsam
dicere scripturam impietas est.

REGVLA LXXII.

De Deo nihil temere affirmādum,
quod in scriptura eius non legimus.
August. iiii. de Gen. ad literam. c. ix.
& Diony. De diui. nominibus. c. j.

EXPLANATIO.

Cū de Deo agimus, magna nobis cautio ad-
hibenda est, vt de illa immensa & incommuta-
bili natura digna & sentiamus, & loquamur.
Quod quædā sint in sacris literis, quæ de Deo
humano more tradantur, ad quæ rectè inteli-
ligenda cū caligent hūmāni intellectus ocu-
li, in varios errores incidere pleroseq; scimus.

REGVLA LXXIII.

Quæ Deo tribuant sacrae literæ ex
Dionysio. c. j. De diui. nomi. & ex
Damasceno de orthodoxa fide lib.
primo. c. xv.

EXPLANATIO.

In sacris eloquijs edocemur, quod Deus om-
nium est causa & principium, eorū, quæ sunt,

REGVLÆ

substantia, viuentium vita, eorum quæ ratio-
ne vtuntur, ratio, vtentium intellectu intelles-
ctus, decidentium ab eo reuocatio. Intereun-
tium autem secundū naturam reuocatio atq;
reformatio, eorum quæ mouentur secundum
impetum validum, magnū firmamentū, stan-
tium stabilitas: eorum qui ad ipsum assurgūt,
via & reductiua manu ductio; & eorū, qui ab
ipso sunt, pater est, principalis enim pater no-
ster est, eorum qui eum sequuntur, & ab eo pas-
cuntur, pastor, illuminatorum splendor, per-
fectorum perfectio, in Deum transeuntiū dei-
ficatio, dissidentium pax, simplicium simplici-
tas, vnitorum vnio: omnis principij supersub-
stantiale principium, & sui occulti, quantū fas
est, & vt vniuscuiusq; patitur conditio, cogni-
tionis benigna traditio.

REGVLÆ LXXIIII.

Quæ colliguntur ex scripturis sac-
cris, perinde habenda sunt, ac si in il-
lis scripta essent. Gregori, Nazian-
ze, v. lib. Theologiæ.

EXPLANATIO.

AUCTOR. Apertus est regulæ sensus mo-
dò in colligendo non sit obratiocinatio, quæ
plerunq; parum attentos aut inexercitados fal-
lere solet. Vnde quòd nō rectè colligerent, fal-
si sunt sæpissimè hæretici.

SACRÆ SCRIP:
REGVLA LXXV.

Quæ pertinent ad fidem & bonos mores, apertè tradūtur in sacra scriptura. Augusti. ij. De doctri. Christi. capitu. ix.

EXPLANATIO.

Cū in scripturis voluntas Dei quærat, & hæc sit, vt Apostolus ait, sanctificatio nostra: nimirum aperta esse illa debent, quæ communia sunt omnibus, vt cognoscātur, vt inde sancti fiant; alioquin ad paucos pueniret & fides, & bene viuendi regula, cū præsertim Deus velit omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire.

1. Tess. 4.

REGVLA LXXVI.

Conandū est efficere, ne aliqua absurditas, uel repugnātia putetur esse in scripturis sacris, quæ opinionem lectoris offendat. Augu. v. de Gen. ad lite. c. viij.

EXPLANATIO.

Quia non omnia scripta sunt, sed quantum factis iudicauit spiritus, qui inerat scribenti, ea q̄ non solum ad factarum rerum noticiam, sed etiam ad futurarum præfigurationē valerent, nescientes coniectamus, quid fieri potuerit, quod ille nō nesciens prætermisit. Nā si quid absurdi lector offendat, dum existimat fieri nō potuisse, quæ facta esse scriptura cōmemorat;

REGVLÆ

resiliat à fide, vel non accedat ad fidem.

REGVLA LXXIII.

Scriptura diuina ex uisibilibus & inuisibilibus constat, ueluti ex corpore quodam, litera scilicet, quæ uideatur, & anima, sensus q̄ intra ipsam deprehenditur, & spiritu secundum id, quòd etiam quedam in se cœlestia teneat. Per literam corporalia significant diuinæ literæ, per spiritum intellectualia, quæ spiritalia dicimus. Origenes Periarchon, lib. iij.

EXPLANATIO.

Sicut ergo cognationem sui adinuicem gerūt uisibilia & inuisibilia, terra & cælum, anima & caro, corpus & spiritus, & ex eorum coniunctionibus constat hic mundus: ita etiam sacræ scripturam credendum est cōstare. Quia ergo hæc ita se habent, inuocantes Deum, qui fecit scripturæ animam & corpus & spiritū. Corpus quidem ihs, qui antè fuerunt, animam uero nobis, spiritum autem ihs, qui in futuro hæreditatem uitæ æternæ consequentur, per quā perueniant ad regna cœlestia. Verū uiam, quæ nobis uidetur recta esse ad intelligēdas scripturas & sensum earum requirendum huiusmodi arbitramur, sicut ab ipsa nihilominus scriptura, qualiter de ea sentiri deceat, docemur.

Apud Salomonem inuenimus in Prouerbh̃s, tale aliquid de diuinæ scripturæ obseruantia præcipi, Et tu, inquit, describe hæc tibi tripl̃citer, in consilio, & scientia, ut respondeas verba virtutis his, qui proposuerunt tibi. Tripl̃citer ergo describere oportet vnūquenq; intelligentiam diuinarum literarū, id est, vt simpliciores quiq; ædificentur ab ipso, vt ita dixerim, corpore scripturarum: sicut enim appellamus communem istum & historiale intellectionem. Si qui verò aliquantū iam proficere coeperunt, & possunt aliquid amplius intueri, ab ipsa scripturæ anima ædificentur. Qui verò perfecti sunt, & similes ijs, de quibus Apostolus ^{1. Cor. 2.} dicit, Sapientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiam autem nō huius mundi, neq; principum huius seculi, qui dissoluntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam prædestinauit Deus ante secula in gloriam nostram. Hi tales ab ipsa spiritali lege, quæ ymbrā habet futurorum bonorū, tanq; à spiritu ædificantur. Illud sanè nō ignorandum, esse quædam in scripturis, in quibus hoc quod diximus corpus, id est, conuenientia historialis intelligentiæ, nō semper inuenitur, sicut in consequentibus demonstrabimus, & est, vbi ea, quæ diximus, anima vel spiritus solummodo intelligenda sunt, quod etiā in Euāgelij designari puto, cū dicuntur pro purificatione Iudæorū sex hydræ positæ, capientes ^{Ioan. 2.} metretas binas vel ternas. In quo, vt dixi,

videtur sermo Euangelicus indicare de his,
 qui dicuntur ab Apostolo Iudæi, quod hi pu-
 rificentur per verbum scripturæ, capientes in-
 terdum quidem duas metretas, idest, animæ vel
 spiritus, secūdum quod suprà diximus, intelle-
 ctum recipientes; interdum autem tres, cū
 etiam corporalem intelligentiam, quæ est his-
 toriæ, seruare lectio ad ædificationem potest.
 Sex verò hydriæ conuenienter dictæ sunt de
 his, qui in mundo positi purificantur. In sex
 enim diebus, qui perfectus est numerus, munda-
 dum hunc, & omnia, quæ in eo sunt, legimus
 consummata. Quanta igitur sit utilitas in hoc
 primo, quem diximus, historiali intellectu, tes-
 timonium est omnium credentium multitu-
 do, quæ & satis fideliter & simpliciter credit,
 nec multa assertionem indiget, quod palam o-
 mnibus patet. Eius verò intelligentiæ, quā ve-
 lut animā esse scripturæ suprà diximus, exem-
 pla nobis quæ plurima dedit Apostolus Paulus,
 sicut est in prima Epistola ad Corinthios. Scri-
 ptum est enim, Non in frænabis bouem trituran-
 tem. Tunc deinde explanans, qualiter præ-
 ceptū istud debeat intelligi, addit dicens, Nun-
 quid de bobus cura est Deo? An propter nos
 utique dicit? Propter nos enim scriptū est, quia
 debet, qui arat, in spe arare, & qui triturat, in
 spe percipiendi. Sed & alia huiusmodi quæ plus-
 rima, quæ hoc modo sunt interpretata de Lege,
 instructionemque plurimam audientibus conse-
 runt. Spiritalis autem explanatio est talis, ut

c. 9.

Deut, c. 25,

quod dicit Apostolus, quod omnia cōtinge-
 bant illis in figura: scripta sunt autem propter ^{1. Cor. 10.}
 nos, in quos fines seculorum deuenerūt. Et oc-
 casionem nobis præstat intelligentiæ, vt possi-
 mus nos aduertere, quorum figuræ erant ista,
 quæ illis accidebant. Et quod de tabernaculo ^{Heb. 8.}
 in Epistola meminit illius dicti, quod Moyfi
 fuerat præceptum, Facies, inquit, secundū for-
 mam, quæ tibi est in monte ostensa. Ad Galas ^{2. 4.}
 tas vero scribens, exprobrans quibusdam, qui
 videbantur sibi legere Legem, sed non intellis-
 gere, pro eo quod allegoriam esse in his quæ
 scripta sunt, ignorabant: ita cum increpatione
 quadam ad eos dicit, Dicite vos mihi, qui sub
 Lege vultis esse, Legem non audistis? Scri-
 ptum est enim, quod Abraham duos filios ha-
 buit, &c. Hæc enim sunt duo testamenta. Et
 multa similia apud Paulum. Apostolus dicit,
 Vsq; in hodiernum diem cū legitur Moyfes,
 velamen est positum super cor eorum. Cū
 autem conuersus fuerit quis ad Dominum, au-
 feretur velamē. Vbi autem spiritus Domini,
ibi libertas. Donec enim quis non se conuer-^{2. Cor. 3.}
 rit ad intelligentiam spirituale, est positum ve-
 lamē super cor eius, quo velamine, id est, in-
telligentia crassiore, scriptura ipsa velari dici-
 tur, vel putatur: & hoc est, quod ait superpo-
 situm velamen vultui Moyfi, cū loqueretur
 ad populum, id est, cū Lex vulgo recita-
 retur. Si autem cōuertamus nos ad Dominū,
 vbi est & verbū Dei, & vbi Spiritus sanctus

REGVLÆ

reuelat scientiam spiritalem, tunc auferetur ve-
lumen, & tunc reuelata facie, in scripturis san-
ctis gloriam Domini speculabimur, vide regu-
lam, xlvij.

REGVLA LXXVIII.

Eorum, quæ de Deo in sacris literis
traduntur, quædam sunt effabilia,
quædam ineffabilia. Et rursus alia
cognoscibilia, alia incognoscibilia.
Damascenus de ortho. fide. li. j. c. ij.

EXPLANATIO.

c. 33. Effabilia sunt, quæ verbis utcunq; explicari
possunt, ut Deum esse vnum, & creatorem mū-
di. Ineffabilia sunt, quæ nullis verbis satis expli-
cari possunt, ut vnitas essentiæ cum Trinitate
personarū, Filij generatio æterna, de qua Esaias
ait, Generationē eius quis enarrabit? Cogno-
scibilia, ut Deum esse æternum, incorporeum.
Ro. 11. Incognoscibilia sunt, ut iudiciorum Dei aby-
sus. De quibus Paulus, O altitudo diuitiarum
sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehen-
sibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ
eius.

REGVLA LXXIX.

Mira est sacrarum literarum cōcor-
dia. Augus. xviij. De ciuit. Dei. c. xli.

EXPLANATIO.

Vt cognitionem omittamus historiæ Gentium,
quæ mens

quæ mendacijs referta est, ipsi certè Philosophi, qui non videntur laborasse in studijs suis, nisi vt inuenirèt, quomodo viuendū esset accōmodatè ad beatitudinē capessendā, cur dissensērūt, & à magistris discipuli, & inter se cōdiscipuli, nisi quia vt homines humanis sensibus & humanis ratiōibus ista quæsierūt. Auctores vērō nostri, in quibus non frustra sacrarum literarum figitur, & terminatur canon, absit, vt inalter se aliqua ratione dissentiant.

REGVL A LXXX.

Sacra eloquia in exordijs narrationum qualitates exprimunt terminosq; causarū. Grego. ij. Mora. c. ij.

EXPLANATIO.

Aliquādo id ostendit sacra scriptura à positione loci, sicut de Israel dicitur, quia verba Dei audire non potuit in monte, sed præcepta in campestribus accepit, subsequenter infirmitatem populi indicans, qui ascendere ad summa non valuit, sed semetipsum in infimis neglectè viuendo laxauit. Aliquando à positione corporis futura denuntiat, sicut in Actibus Apostolorum Stephanus Iesum, qui à dextris virtutis Dei sedet, stantē se vidisse manifestat. Deut. 10.
 Stare quippe adiuuantis est, Et rectè stare censetur, qui in bello certaminis opitulatur. Aliquando à qualitate aëris res subsequēs demonstratur, Sicut Euangelista, cū prædicante Domino, nullos tunc ex Iudæis credituros diceo Act. 7.
Ioan. 10.

REGVLÆ

ret, præmisit dicens, Hyems autem erat. Scri-
ptum nanq; est, Quoniam abundauit iniqui-
tas, refrigescet charitas multorū. Idcirco hys
mis curauit tempus exprimere, vt inesse audis-
torū cordibus malitiæ frigus indicaret. Hinc
Ioan. 12. est, quod negaturo Petro præmittitur, Quia
frigus erat, & stans ad prunas calefaciebat se.
Aliquādo à qualitate temporis finis exprimi-
tur actionis. Sicut non rediturus ad veniā, sed
ad traditionis perfidiam, nocte Iudas exisse
perhibetur; cū egrediente illo, ab Euangelis-
ta dicitur, Erat autem nox.

REGVLA LXXXI.

Aliquando res gesta in facto culpa
est, in scripto autem prophetia! uir-
tutis, aut è contrario in sacris literis.
Gregorius tertio Mor. capitu. uige-
simo primo. & August. Contra Fau-
stum. lib. xxij. capi. lxxxvij.

EXPLANATIO.

Gregorius, Quod verum citius ostendimus, si
vnum sacre scripturæ testimonium ad vtraq;
probanda proferamus. Quis nanq; audiens
2 Reg. ii. non solum fidelium, sed ipsorum quoq; infide-
lium non omnimodo detestetur, quod Dauid
in solario deambulans, Bersabee Vriæ concu-

piscit uxorem: Quem tamen à prælio reuer-
 tentem ire ad domum admonet, pedes lauare.
 Qui protinus respondit, dicens, Arca Domi-
 ni sub pellibus est, & ego in domo mea requies-
 scam: Quem David ad mensam propriam su-
 scepit, eiq; epistolas, per quas mori debeat, tra-
 dit. Cuius autem David in solario deambulās
 typum tenet, nisi eius de quo scriptum est, In Psal. 137
 sole posuit tabernaculum suum: Et quid est
 Bersabee ad se perducere, nisi legem literæ car-
 nali populo coniunctā spiritali sibi intellectu
 sociare: Bersabee enim puteus septimus dici-
 tur, quia nimirum per cognitionem Legis in-
 fusione spiritalis gratiæ perfecta nobis sapien-
 tia ministratur. Quē verò Vrias nisi Iudicum
 populum designat, cuius nomē interpretatum
 dicitur, Lux mea Dei: Iudaicus enim populus
 quia de accepta Legis sciētia extollit, quasi de
 Dei luce gloriatur. Sed huic Vriæ David vxo-
 rem abstulit, sibiq; cōiunxit, quia videlicet ma-
 nu fortis, quod David dicitur, in carne redem-
 ptor apparens, dum de se spiritualiter loqui
 Legem innotuit, per hoc quod iuxta literam
 tenebatur, hanc à Iudaico populo extraneam
 demonstravit, sibi que coniunxit: quia se per
 illam prædicari declaravit. Vriam tamen ad
 domum ire David admonet, pedes lauare:
 quia incarnatus Dominus veniens, Iudaico
 populo præcepit, vt ad conscientiam red-
 deat, sordes operum fletibus tergat, spiri-
 tualiter Legis mandata intelligat & post tan-
 f ij

tam duritiā præceptorum fontem baptisma-
 tis inueniens, ad aquā post laborem recurrat.
 Sed Vrias, qui arcā Domini esse sub pellibus
 meminit, respondit, quod domum suam intra-
 re nō posset, ac si Iudaicus populus dicat, Ego
 mandata Dei in sacrificijs carnalibus video, &
 redire ad conscientiā per spiritualē intelligen-
 tiam non requiro. Quasi enim arcam esse sub
 pellibus dicit, quia præcepta Dei non nisi ad
 exhibendum ministerium sacrificij carnalis in-
 telligit. Tunc tamen redire ad domum nolens
 tem Dauid ad mensam vocat, quia quicquid Iudai-
 cus populus ad conscientiam redire contem-
 nat, ei tamen redemptor veniens, mandata spi-
 ritualia prædicat, dicens, Si crederetis Moy-
 si, crederetis forsitan & mihi. De me ille scripsit.
 Legem itaque Iudaicus populus tenet, quæ eius
 diuinitatem loquitur, cui idem populus cre-
 dere dedignatur. Vnde & Vrias ad Ioab cum
 epistolis, ex quibus occidi debeat, mittitur,
 quia idem ipse Iudaicus populus Legem por-
 tat, qua conuincente, moriatur. Dum enim
 mandata Legis retinens implere renititur, ipse
 nimirum deserit iudicium, vnde damnetur.
 Quid ergo per factum istud Dauid scelestius,
 quid verò mūdus Vria dici potest? Et rursus
 per mysterium quid Dauid sanctius, quid
 Vria infidelius inuenitur? Quando & ille per
 vitæ culpam prophetiæ signat innocentiam,
 & iste per vitæ innocentiam in prophetia ex-
 primit culpam.

Ioan. 5.

SACRÆ SCRIP.
REGVLA LXXII.

Sacra scriptura plerunq; de uirtutibus & uitijs sic agit, ut dum loquēdo aliud insinuat, aliud tacendo innotescat. Grego. j. Mor. c. v. vj.

EXPLANATIO.

Contra diuitem in Euangelio nil de loquacitate memoratur, quæ in conuiuio inter alias grauior fuerit culpa, monstratur. Nam cum venter reficitur, lingua defrenatur. Vnde diues apud inferos aquā appetere describitur, dicēs, Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquā, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Prius epulatus dicitur quotidie splendide, & post aquam petere in lingua memoratur: quia inter epulas valde diffluere loquacitas solet. Ex poena indicat culpā, cum eū quem epulatum quotidie splendide Veritas dixerat, in lingua plus ardere perhibebat. Hi quippe qui chordarū harmoniā temperant, tanta hanc arte dispensant, vt plerūq; cum vna tangitur, longē alia, ac multis interiacentibus posita chorda quatiatur. Cumq; ista sonitum reddit, illa, quæ in eo cantu temperata est, alijs impercussis tremit.

*inter epulas
solet loqua
citas valde
diffilere*

REGVLA LXXXIII.

Scriptura sacra ex his quæ tenuiter præmittit, diuina reuerenter expe

f iij

REGVLÆ

ctanda indicat, quæ subiungit, Grego. iiii. Mor. c. iiii.

EXPLANATIO.

Matth. 5.

Sublimia præcepta Domino in mōte discuro præmittitur, Aperiens os suū docebat, Sic em̄ clausa vascula quid intus habeant, ignoramus; aperto verò ore vasculorum, quid intrinsecus contineatur, agnoscimus.

REGVLÆ LXXIII.

Sacra scriptura in superioribus suis partibus solet breuiter longè post se quutura perstringere, cū studet ad alia enuntianda properare, Grego. in Præfatione Mor. c. j.

EXPLANATIO.

Vt est illud, quod in Genesi legimus, Ioab de stirpe Esau descendisse, & Balæ filio Beor in regnum successisse describitur, beatū Iob illum esse crediderūt. Nequaquā tamen Iob propterea ante Legem fuisse credendus est quia Israeliticorum regum tēpora præcessisse perhibetur. Quod dum quidam minus cautè considerāt, Moysen beatū Iob gestorum scriptorem putant, & ante Moysi tempora fuisse crediderūt.

A V C T O R. Horū de numero fuit Origenes, qui Moysen librū Iob scripsisse dicit, vt filios Israel i Aegyptia captiuitate positos cōsolaret.

REGVLÆ LXXV.

Sacra scriptura omnibus respōdet.

Gregor. xxiiij. Mor. c. xviij. xix.

EXPLANATIO.

Afflicti cordis est proprium, vt in omni, quod appetit, & tamē rerū ordinū contrariū sentit, si possit fieri, cur ita vel nō ita sit, diuinis sibi respondēdi vocibus velit, vt Deū de cuncta eorū cōtrouersia cōsulat, & respōsiōis eius cognita ratiōe, cōquiescat. Helīu autē praeuidens, quod Iob, 33. scripturā sacā Dñs cōderet, vt in ea vel publicis vel occultis cunctōrū quæstionibus respōderet, ait, Aduersus eum cōtendis, q̄ nō ad oīa verba respōderit tibi: Semel loquitur Deus, & secūdo id ipsum non repetit; ac si diceret, Deus singulorū cordibus priuatis vocibus nō respōdet, sed tale eloquiū cōstruit, per quod cūcto rum quæstionibus satisfaciāt. In scripturæ quippe eius eloquio causas nostras singuli, si requirimus, inuenim⁹, nec opus est, vt ī eo quod specialiter quisq; tolerat, respōderi sibi diuina voces specialiter quærat. Ibi em̄ nobis oībus in eo quod specialiter patimur, cōmuniter respōdetur. Ibi vita præcedentiū fit forma sequentiū. Vt enim vnū ē pluribus proferamus, inuenim⁹, quod Paulus carnis suæ infirmitate tētar⁹, audiuit, Sufficit tibi gratia mea. nā vir⁹ in infirmitate p̄ficitur. Quod iccirco illi in infirmitate p̄pria dictū est, ne singulatī nobis oībus diceret. In scriptura igitur sacra vocē Dei afflicto Paulo audiui⁹, ne cū fortasse affligimur singuli, audire eū priuata cōsolatiōe q̄reremus.

f iij

2. Cor. 12.

Non ergo Dominus ad omnia verba nobis respondet, quia semel loquitur & secundò id ipsum non repetit, id est, in his quæ per scripturam sacram ad patres nostros protulit, nos erudire curauit.

REGVLA LXXXVI.

Mose est diuinarum literarum, vt cū aliquid narrant, interposita alterius causæ sententia, ad superiora protinus redeant. Grego. v. Mor. c. xxix.

EXPLANATIO.

Paulus Apostolus cū dilectum discipulum ad Ti. > de instituendis Ecclesiæ officijs admoneret, ne quos fortè ad sacros ordines inordinate proueheret, dixit, Manus citò nemini imposueris, neq; cōmunicaueris peccatis alienis: te ipsum castum custodi. Qui ad infirmitatem eius corporis protinus verba conuertens, ait, Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vttere propter stomachum, & frequentes tuas infirmitates. statimq; subiungit, dicens, Quorundā hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium, quorundam autem & subsecquuntur. Quid ergo ad illud pertinet, quòd ab infirmo aquam bibi prohibuit, hoc de peccatis absconditis quorundam hominum manifestisq; subiūxit, nisi quòd interposita de eius infirmitate sententia, ad hoc in extremo redijt, quod superius dixit, Manus citò nemini imposueris, neq; cōmunicaueris peccatis alienis.

SACRÆ SCRIP.
REGVLA LXXXVII.

Nō relictus est hominum eloquijs
de Dei rebus alius præterq̃ Dei ser
mo. Hilarius. vii. De Trinit.

EXPLANATIO.

Omnia reliqua & arcta & conclusa & impedia
ta sunt & obscura. Si enim aliquis diuina alijs
verbis demonstrare, q̃ quibus à Deo dictum
est, volet, aut ipse non intelliget, aut legētibz
non intelligendum relinquet.

REGVLA LXXXVIII.

Per sacra eloquia scimus, q̃ ignoras
re nō expedit, neq̃ per nos scire pos
sumus. Augu. xj. De ciuit. Dei. c. iij.

EXPLANATIO.

Prius p̃ Prophetas Dñs, deinde per seipsum,
postea per Apostolos, quātū satis esset, indica
uit, loquutus, etiā scripturā condidit, quæ Ca
nonica noīatur, eminētissime auctoritatis. Nā
ea quę remota sunt à sensibus nostris, qui no
stro testimonio scire nō possumus, de his alios
testes requirimus, eisq̃ credimus, à quorū sensi
bus remota esse vel fuisse non credimus. Sicut
ergo de visibilibz, quæ nō vidimus, eis credi
mus, qui viderunt, atq̃ ita de cæteris, quæ ad
suū quencq̃ sensum corporis pertinent, ita de
his quæ aīo ac mēte sentiuntur: quia & ipse res
ctissime dicitur sensus, vnde & sententia voca
bulū accepit, hoc est, de inuisibilibz, q̃ à no
stro sensu interiore remota sunt, his nos opor

*supra bnde
nomen arref*

tet credere, qui hæc in illo incorporeo lumine disposita didicerunt, vel manentia cōtinentur.

REGVLA LXXXIX.

Ad sanctas scripturas si admissa fuerint uel officiosa mēdacía, qđ in eis remanebit auctoritatis? Nulla ergo mendacię suspicio admittenda est. August. ad Hierony. Epistola. ix.

EXPLANATIO.

Quæ tādē de scripturis illis sn̄a proferetur, cuius pondere contentiosæ falsitatis obteratur improbitas? Statim enim vt ptuleris, si aliter sapit, qui cōtra nititur, dicit, illud quod prolatum erit, honesto aliquo officio scriptorē fuisse mentitū. Nō enim deesse poterūt causæ, cur existimetur, nō solū potuisse, verū etiā debuisse mentiri, si officioso mēdacio cōceditur loc⁹. Idē Epistola. xix, Ego solis eis scripturarum libris, qui iam Canonici appellant, didici hunc timorem honoremq; deferre, vt nullū eorū auctorē scribendo aliquid errasse firmissimè credam. Ac si aliqd in eis offendero literis, quod videat cōtrariū veritati, nihil aliud q̄ vel mendosum esse codicē, vel interptē nō affecutū eē, qđ dictū est, vel me minie itellexisse nō ābigā.

REGVLA XC.

Ambiguitas & repugnantia, quæ uidetur in sacris literis, ex ipsius textus consequētibus & adiunctis tol

lenda est. Si autem scripturæ repugnantia pertractari ac discuti nō potest, saltem id intelligatur, quod fides sana præscribit. Augusti. iij. De doctrina Christiana. c. ij. & De Gen. ad literā. lib. ij. c. ult. & cōtra Faustum Manichæ. lib. ix. c. vij. vij.

EXPLANATIO.

Aliud est, qđ potissimū scriptor senserit, nō dignoscere, aliud autē à regula pietatis errare. Si utrūq; vitetur, pfectē se habet fructus legentis: si verō utrūq; vitari nō potest, etiam si voluntas scriptoris incerta sit sanæ fidei congruā nō inutile est tenuisse sententiā. Paulus scribit ad Romanos, filium Dei ex semine David secundum carnē. & ad Corinthios, Et si noueramus secundum carnem Christum, sed nunc iam nō nouimus. Restat ergo, ut nos demonstremus, qđ possit utrūq; verū esse, & qđ sibi hæc duo non sint contraria. Vnum quippe eorum scilicet non esse Pauli, nullo modo possumus dicere, quia nulla in eo variat codicum auctoritas. Christum enim ex semine David secundū carnem omnium librorum atq; linguarum concordat auctoritas. In hoc autem Paulum aliquando errasse, & proficiendo mutasse sententiam, absit, ut dicamus. Quapropter quisquis es, quem velut pugnantia ista mouerunt, quod alibi scriptum Filium Dei

Rom. i.

2. Corin. 5.

ex semine David: alibi autem, Et si noueram⁹
 Christū secundū carnē, sed iam nūc non noui-
 mus: & si non utrūq; ex vnius Apostoli literis
 proferretur, sed vnū eorū Paulus dixisset, alte-
 rū Petrus, aut Esaias, aut alius quisquā Apосто-
 lorum siue Prophetarū, quia ita sibi omnia in
 canonica veritate cōcordant, vt tanq̃ vno ore
 dicta iustissima & prudētissima pietate credan-
 tur, & serenissimo intellectu inueniantur, & so-
 lertissima diligentia demonstrantur, nō liceret
 de alterutro dubitare. Proinde q̃a ex Apostoli
 Pauli canonicis, id est, verē Pauli Epistolis vs-
 trūq; p̃fert, & nō possumus dicere aut mendo-
 sum esse codicem, aut interpretē errasse: restat
 ostēdere, quomodo neutrū ab altero dissonet,
 sed in eadē sanę fidei regula utrūq; concorder.
 Nam quodd filius Dei ex semine David homo
 factus est, nec idē Apostolus vno loco dicit, &
 alię sanctę scripturę apertissimē prędicant.
 Quod verò dicit, Et si noueramus Christū se-
 cundū carnē, sed iam nūc nō nouimus, ea ipsa
 circūstantia scripturę loci eius satis ostendit,
 quid loquatur Apostolus. Suo quippe more
 vitā nostram futurā, quę iam in ipso homine
 mediatore Christo Iesu capite nostro surgēte
 cōpleta est, ita spe certa meditatur, tanq̃ allit,
 pręsensq; teneatur. Quę utiq; vita nō erit secu-
 dū carnē, sicut Christi vita nō est secundū car-
 nē: nā hoc loco nō ipsam corporis nostri sub-
 stantiā, quā Dominus etiā post resurrectionē
 suam carnē appellat, dicens. Palpate, & videte,

quia spiritus carnē & ossa non habet, sicut me videtis habere: sed corruptionē mortalitatēq; carnis vult intelligi, quę tunc nō erit in nobis, sicut iam in Christo nō est. Hęc enim propriē carnem nominabat, etiā cū de ipsa resurrectio ne satis euidenter loqueretur, Caro & sanguis regnū Dei possidere nō possunt. Noueram? ergo Christū secundū carnē, id est secundum carnis mortalitatē, anteq; resurgeret: sed nūc iam nō nouimus, quia sicut idem dicit Apostolus, Christus resurgēs ā mortuis, iam nō moritur, & mors ei vltra non dominabitur.

REGVLA XCI.

Ex sacris literis perperā intellectis ortæ sunt hæreses: nulla tamen est scripturarū, sed malè intelligentium culpa. Sed hoc commodi elicuit Deus, ut multa, quæ latebant in scripturis, aperta sint, hæreticis Ecclesiæ exagitātibus. Hilar. de Synodis aduersus Arrianos. & Au. in Psal. liiij.

EXPLANATIO.

Hilarius vbi supra, Ex Apłi, inquit, verbis scilicet, Mediator dei & hoīm, homo Chrs Iesus, 1. Tim. 2. Photin⁹ suā hæresim hausit, hoīem tm Chrm affirmās, Marcio ex Epłā ad Philippenſes scilicet, 2. Et habitu inuentus vt homo, phantasticū & nō verū corpus Chrm habuisse alleruit, Sabellius eundē esse Patrē & Filiū ex Euangelio

C. 10.
C. 14.

Math. 14.

Gen. 1.

Ioannis, Ego & pater vnū sumus. Arriani creaturā Chrī m dicūt, & Pī inēqualē ex Ioānis verbis, Pater maior me est. Alij dissimilē Patri ex illo, De die autē & hora nemo scit, neq; angeli in cælis, neq; Filius, nisi Pī solus. Alij tenebras coæuas Deo dixerunt, q̄a in Genesi post noctē dies coēpta sit. Alij Mathusalē post diluuiū vixisse, & nō tm sunt octo animę reseruatae. Hæc & alia plurima ex diuinis libris malē intellegitis hauserūt hæretici, nō tm p̄pterea abolendę sunt sacrę literę, aut tollenda loca illa, in quæ hæretici offenderunt. Symmachus in apologetico contra Anastasiū impatorē. Cuncti, inq̄t, qui ab initio dogmatis Chrīani catholicā fidē diuerso p̄posito persequi vel affligere conati sunt, præualendo defecerunt, & catholica & orthodoxa veritas hoc præualuit magis, quo putaretur oppressa. Quæ sicut insectatorib; suis creuisse monstratur, sic obtriuisse cognoscitur insequentes. Gregorius, Etenim hæreticis exerta est catholica Ecclesia, & ex his qui malē sentiunt, probati sunt, qui bene sentiunt. Multa enim latebant in scripturis, & cū præcisi essent hæretici, quæstionibus agitauerunt Ecclesiam Dei. Augustinus vbi supra, Multi, inquit, qui optimē possunt scripturas dignoscere & pertractare, latebant in populo Dei, nec asserebāt solutionē quæstionum difficilium, cum calūniator nullus instaret. Nunquid p̄fectē de Trinitate tractatum est, anteq; oblatrarent Arriani? Nunquid p̄fectē de pœnitentiā tractatū

apologenis
hoc
eius
rui seu
responsu

est, anteq̃ obliſterent Nouatiani: Sic nō perſe-
ctē de baptiſmate tractatum eſt, anteq̃ contra-
dicerēt foris poſiti rebaptizatores. Nec de ipſa
vnitate Chriſti enudeatē dicta erāt, quā dicta
ſunt, niſi poſtea q̃ ſeparatio illa vrgeret fratres
infirmos: vt iā illi, q̃ nouerāt hāc tractare atq̃
diſſoluere, ne p̃rēt infirmi ſollicitati quaſtioni-
bus, ſermonibus & diſputatiōibus ſuis obſcu-
ra legis in publicū deducerēt. Idē viij. De Tri-
nit. Proſicit ſemp̃ cōtradictio ſtultorū ad ſtulta-
tiā demōſtrationē, quia q̃ ingenio inſpiciētis
aut puerſæ intelligentiæ aduerſus veritatē coa-
prat, dū incōcuſſa & immobilis eſt, necesse eſt,
vt q̃ ediuerso ſunt, et falſa intelligant & ſtulta.

REGVLA XCII.

Decentiſſimū eſt myſticis ſcriptura-
rū eloquijs ſacrā & obſtruſam cæle-
ſtiū ſpirituū ueritatē arcanis uelamē-
tis & ſacratiffimis ſignis occultare.
Dionyſ. Cæleſtis Hierarch. c. ij.

EXPLANATIO.

Nō em̃ oēs ſacri ſūt, neq̃ iuxta ſcripturę ſniam
oīm ſcīa eſt. Nēpe em̃ q̃ iſormibus figurāq̃ ca-
rentibus figuræ admoueañ diſpenſatiōe ſalu-
tari, eā eſt iſirmitatis n̄ræ rō, q̃ cōſcēdere ad cel-
ſiora ac ſpūalia cōtēplari ſine admīculis neq̃t,
īdiget p̃prijs et de ſua fragilitate petitis auxilijs,
qb' ad ſupiora nitat̃, & ī dignis ſcīa claudant̃.

REGVLA XCIII.

Duplex ſignificādi modus tradiť in

sacris literis p̄ similitudines, alter per
similes imagines, alter per dissimi-
les formas, ut diuersa prorsus &
alia quàm uideantur, insinuet. Dio-
nyf. c. ij. cælestis Hierarchiæ.

EXPLANATIO.

Reuerendam illam supersubstantialis Deitatis
ineffabilemque beatitudinem diuinorum elo-
quiorum mysticæ traditiones dum exprime-
re cupiunt, aliquando vt verbū & intellectum
& essentiam laudant, vt per istas appellationes
diuinam eius eloquentiam & sapientiā &
substantiam verissimè existentem atque omnium
quæ sunt subsistentia, veram causam signifi-
cent; interdum vt lucem ipsam concelebrant,
& vitam vocant. Enimvero huiusmodi sacra
figmenta honestiora quidem sunt, & terrenis
ac materialibus formis eminere videntur; cæ-
terum nec sic quidem ad diuinæ similitudinis
veritatem prope accedunt. Excedit illa substā-
tiam omnem, vitamque transcendit. Nullam hanc
exprimit lux, omnisque sermo, omnis mens atque
ratio absque vlla comparatiōe illius similitudi-
ne inferior est. Aliquādo ab eisdē laudatur scri-
pturis honestissimè ac pene diuinè, dum in
eius laude dissimilibus vtuntur signis, eamque
inuisibilem infinitam & incomprehensibilem
prædicant, his eam appellantes nominibus,
quibus non quid sit, sed quid non sit, dicitur.
Hoc enim

Hoc enim verius, vt arbitror, in ipsa est & de ipsa illa propriè magis asseritur. Nam sicut secre-
tior illa sacerdotalisq; traditio docuit, dum ipsam esse aliquid negamus, ex his quę sunt, ve-
rum profectò loquimur, & si modum, quo il-
la infinita est, quippe quę supersubstantialis &
incomprehensibilis atq; ineffabilis est, prorsus
ignoramus. Si ergo in diuinis rebus negatio-
nes quidem verę sunt, affirmationes verò ne-
qua; tantis arcanorum latebris congruunt, il-
la sanè rebus inuisibilibus erit expressio, quę
per dissimilia signa monstratur. Vnde lapis di-
citur, leopardus, & vrsa, & vermis.

Esai. 1. 8.
Ose. 12.
Psal. 139.

REGVLA XCIIII.

Sacra scriptura pro auditorum viri-
bus & utilitate dimetitur, quę denū-
tiat. Orige. lib. iij. contra Celsum.

EXPLANATIO.

Dicendū est, qđ quēadmodū ipsi, vbi cū pueris
minutoribus oborta est disceptatio, non no-
stras dicendi vires attendimus, sed illorū imbe-
cillitati nos ipsos accōmodantes, non solū his
cōsentanea fabulamur, sed ea etiā facimus, quę
ad puerorū vidētur emendationē satissacere,
& illis nō parū cōducere. Sic itē & Dei verbū
videtur, quę supra sunt, dispensasse. Quemad-
modū verò quę ad Deū spectant, denuntiētur
in Deuteronomio sic proferuntur, Portauit te
Dñs Deus tuus, vt solet homo gestare paruulū
filiū suū. Quasi humanos mores Deo sacra scri-
ptura iponat, vt hoīb' cōferat. Vide Regulā. j.

Deut. 10.

REGVLÆ
REGVLA XCV:

Quæ in diuinis libris scripta non
sunt, tractare debemus per ea quæ
scripta sunt. Origenes in Matthæ.
capitu, xxiij.

EXPLANATIO.

Matth. 23. Scriptū est Christū propter esurientes & sitien-
tes dixisse, Esuri, & sitiui; & propter nudos &
peregrinos & ægrotantes & in carcere pos-
tos, Nudus fui, & hospes fui, & in carcere fui,
& infirmus fui. Secundū cōsequentia similitu-
dinis addam⁹ & nos, Iniurias passus sum, cæsus
sum & tēctatus sum, & oīa. Et sicut in illis, quæ
scripta sunt, verus est sermo Dñi dicētis, Quan-
diu vni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis, sic
cū iniuriā passus fuerit iustus, velut blasphemus,
vel aliud tale passus, pone Christum
in eos, qui fecerunt, dicentem eis, Quando vni
ex minimis istis fecistis iniuriam, me tentastis,
me blasphemastis.

REGVLA XCVI.

Sacra scriptura laudanda uel uitupe-
randa hominū facta uel ipsa indicat,
uel legentibus indicanda proponit.
Nec solū homines ipsos uel lauda-
biles uel uituperabiles intimans, ue-
rum etiam quædam in uituperabilibus
laudanda, & in laudabilibus ui-

tuperanda non tacet. Augusti, xxij.
contra Faustum, c. lxxv.

EXPLANATIO.

Necq; enim, quia vituperabilis homo erat Saul ^{1. Reg. 14.}
ideo nō est laudabile factum eius, quod gustas-
tum de anathemate tam diligenter scrutatus,
tam seuerè vindicare conatus est, obediēs Deo
qui hoc fieri prohibuerat, vel quod pythones
& vtriloquos de regno suo delcuit. Aut quia
laudabilis erat Dauid, ideo peccata eius, quæ ^{1. Reg. 23.}
Deus quoq; arguit per prophetam, vel appro-
banda, vel imitanda sunt. Sicut nec in Pontio
Pilato vituperandum est, quod aduersus accus-
fationes ludæorum innocentem Dominū ius-
dicauit. Nec in Petro laudandū est, quod eun- ^{Matt. 26.}
dem Dominū ter negauit, vel vnde ab ipso Sa-
thanas appellatus est, quod non sapiendo quæ
Dei sunt, cum voluit à passione, hoc est, à nos-
tra salute reuocare. Paulò antè dictus est bea-
tus, paulò post dictus est Sathanas: sed quid in
eo obtinuerit Apostolatus eius, & martyrii co-
rona testatur. Sacra enim scriptura tanq; spē-
culi fidelis nitor admotarū sibi personarū non
solum quæ pulchra atq; integra, verum etiam
quæ deformia vitiosaq; sint, indicat.

REGVLA XC VII.

Sacra scriptura & bona & mala,
quæ futura sunt, prænuntiat. Augu-
sti. Epistola, cxxxvij.

REGVLÆ
EXPLANATIO.

Bona prænuntiat, vt post seculi finem sequu-
tura certiores expectaremus. Mala autem, qui-
bus erat hic mundus abundaturus, vt seculi
finem præcedentia sentiremus. Vnde & Apo-
stolus dicit, Quæcūq; enim antè scripta sunt,
vt nos doceremur, scripta sunt, vt per patien-
tiam & consolationem scripturarum spem ha-
beamus ad Deum. Quid autem opus erat, vt
ipse Dominus Iesus non solū diceret, Tunc ius-
ti fulgebūt sicut sol in regno Patris sui; quod
post seculi finem futurum est; verum etiam ex-
clamaret, Veli mundo à scandalis, nisi vt nobis
non blandiremur, venire nos posse ad sedes fe-
licitatis æternæ, si temporalibus malis exercita-
ti, non defecerimus.

REGVLA XCVIII.

Sanctarum scripturarū regula est,
duas generationes bonorum & ma-
lorum nosse, hoc est, singulorū sin-
gulas. Hierony. in Matthæ. c. xxiij.

EXPLANATIO.

De bonis sumamus exempla, Quis ascendet in
montē Dñi, aut quis requiescet in monte san-
cto eius? Cumq; plures, qui ascensuri sunt in
montē Dñi, descripsisset, qui diuersis fuere æta-
tibus, postea infert, Hæc est generatio quæren-
tium Dñm, querentiū faciem Dei Iacob, Et in
alio loco de omnibus sanctis, Generatio iusto-
rum benedicetur, De malis verò dicitur, Gene

ratio viperarum. & Requirentur omnia à generatione ista. Et in Ezechiele, cū peccata terræ descripsisset sermo propheticus, adiecit. Si Noe & Iob & Daniel ibi fuerint inuenti, nō dimittā peccata terræ illi. Omnes iustos, qui similes forent virtutibus eorū, per Noe & Iob & Daniel volens intelligi. Ezech. 14.

AVCTOR. Has quippe generationes Moyses in Genesi designat. Alteram quæ descendit ab Adam per filiū Seth, cuius genealogiæ filios Dei filios appellat, quia Deo per pietatē adhærent. Alteram quæ per Cāin Adæ primogenitū fratricidā, cuius genealogiæ filios hominū filios appellat, quia terreni tantū sapientes à Deo recesserunt. Hi ergo filij Dei in septima generatione cōnubij cum filiabus hominū cōmixti sunt, & scelerū illorū participes effecti. Vnde in septima generatione ab Adam Enoch trāslatus est, ne malitia mutaret animam illius, vt scribit Sapiens. Genes.

REGVLA XCIX.

In sacris libris quædā inueniuntur assumpta ex Gentilium libris. Hieronymus in Epistola ad Magnum oratorem.

EXPLANATIO.

Quis enim nesciat, & in Moyse & in Prophetarum voluminibus quædā assumpta de Gentilium libris, & Salomonē philosophis Tyri & nōnulla proposuisse & aliqua respondisse? Vnde in exordio Prouerbiorū cōmonet, vt intelli Prouer. 1.

REGVLÆ

Ad tit. 1. gamus sermones prudentiæ, versutiasq; verborum, parabolæ, obscurum sermonem, dicta sapientium & ænigmata, quæ propriè dialecticorum & phiplosphorū sunt. Sed & Paulus Apostolus Epimenidis poetæ versiculo abusus est, scribens ad Titum, κρέτες αἱ ψυχῆαι, καὶ θηρία, καὶ σῆς ἀργόαι, id est, Cretenses semper mendaces, malæ bestię, ventres pigri. Cuius heroici hemistichium postea Callimachus vsurpauit. Nec mirum, si apud Latinos metrum nõ seruet ad verbum expressa translatio, cū Homerus eadem lingua versus in profam, vix coherereat. In alia quoq; Epistola Menandri ponitur senarium, φθίρουσιν γὰρ ἥθη χρηστὰ ὁμιλίου κακὰ, id est, Corruptū enim bonos mores colloquia mala. Et apud Athenienses in Martis curia diasputans, Aratum testem vocat. Ipsius enim & genus sumus. Quod Græcè dicitur τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν. Et est clausula versus heroici. Ac ne parum hoc esset, ductor Christiani exercitus & orator inuictus pro Christo causam agens, etiā inscriptionem fortuitam arte torquet in argumentum fidei. Didicerat enim à vero Dauid extorquere de manibus hostiū gladiū, & Goliath superbissimi caput proprio mucrone trūcare.

REGVLÆ C.

Scriptura diuina memoriæ est cōmendanda. Origenes super Leuit. Homilia quarta.

EXPLANATIO.

Est autem aliquid in ipso sacrificio, quod me

titulus b. p. s. epimenidis poetæ

b. p. s. q. m. o. p. e. r. menandri senario

Actu. 7. uen. arat. p. o. r. e. u. m. m. o. n. i. o. b. l. i. e. s. t.

moriale appellatur, quod offerri Dño dicitur. Exod. 17.
 Ego si possem in lege Dñi meditari, & omnes
 scripturas memoria retinere, memoriale sacri-
 cij mei Dño obtulissem. Certè si nō omnia pos-
 sumus, saltem ea quæ nunc docentur in Eccle-
 sia, vel quæ recitantur, memoriæ cōmēdemus,
 vt exeuntes de Ecclesia, & agentes opera mise-
 ricordia, & implētes diuina præcepta, sacri-
 cium cum thure & oleo offeramus in memo-
 riā Domino. Ex his ergo edocemini, vt quæ au-
 ditis in Ecclesia, tanq̃ mūda animalia velut ru-
 minātes ea, reuocetis ad memoriā, & cū corde
 vestro quæ dicta sunt, conferatis. Quod si ali-
 qua superfuerint, & intellectu vestrum supe-
 rauerint, facite quod præsentis mandati aucto-
 ritas pæcipit dicens, Quod autem superfuerit, Leuit. 2.
 ex his manducabit Aaron, & filij eius. Si quid
 superauerit, & excesserit intellectum tuum vel
 memoriam tuam, serua Aaron, hoc est, reser-
 ua sacerdoti, reserua doctōri, vt ipse hoc man-
 ducet, ipse discutiat, ipse exponat, sicut & alibi Deut. 32.
 Moyses dicit. Interroga patres tuos, & annun-
 tiabunt tibi, presbyteros tuos, & dicent tibi,

REGVLA CI.

Profunditas mysteriorum atq; iudi-
ciorum Dei non est perquirenda.
 Ambrosius De uocatione Gentium
 lib. j. c. iij.

EXPLANATIO.

Neq; sapientiores aut scientiores beatissimo
 g iij

Apostolo sumus, qui cū de gratiæ potentia
 disputaret, magnorū mysteriorū ingressus ar-
 canum, ijs quæ impossibile erat enarrare, succu-
 buit, Cū enim dixisset, Nolo vos ignorare,
 Roma, 2. fratres, mysteriū hoc, vt non sitis vobis ipsis sa-
 pientes, quia cæcitas ex parte in Israel cōtigit,
 Esaiæ, 59. donec plenitudo gentiū intraret; & sic omnis
 Israel saluus fieret, sicut scriptum est, Veniet ex
 Sion, q̄ eruat, & auertat impietates ab Iacob. Et
 hoc illis à me testamentū, cū abstulero p̄cā
 eorum. Secundū Euangeliū quidē inimici p̄-
 pter vos, secundū electionē verò dilecti p̄pter
 Roma, 11. patres, Sine penitentia enim sunt dona & vo-
 catio Dei, Sicut enim aliquādo & vos nō credi-
 distis Deo, nunc autē misericordiā consequuti
 estis propter illorum incredulitates; ita & isti
 nō crediderūt in vestra misericordia, vt & ipsi
 misericordiam consequantur. Conclufit enim
 Deus omnia in incredulitate, vt omnium mise-
 reatur, Cū ergo hæc diuinorum operū my-
 steria supra mēsuras humanę intelligentiæ ex-
 cellentia quodam mentis suæ profudisset ex-
 cessu, totam expositionis rationem transfudit
 ad stuporem, & admirator eorum, quæ protu-
 lerat, exclamauit, & dixit, O altitudo diuitiarū
 sapientiæ & scientiæ dei, q̄ incomprehensibi-
 lia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius,
 Roma, 11.

Si quis quærat illa in scripturis diui-
 nis, quæ mirāda putant philosophi

inueniet. Ambros. in Præfationem
Euangelij Lucæ.

EXPLANATIO.

Tria sunt, quæ Philosophi mundi istius præcellen-
 tissima putauerunt, triplicem scilicet esse sapien-
 tiam, quod aut naturalis sit, aut moralis, aut rationalis. Hæc tria iam in Veteri Testamento
 potuimus aduertere. Quid enim aliud significat
 cætes tres illi putei, quorum vnus est visionis, alius
 abundantia, tertius iuramenti, nisi triplicem
 istam in Patriarchis fuisse virtutem? Rationalis est
 puteus visionis, eod quod ratio visum mentis
 acuat, & animi purget obrutum. Ethicus puta-
 teus abundantia, eod quod cedentibus allophy-
 lis, quorum specie vitia corporis figurantur,
 viuæ Isaac liquorem mentis inuenit. Purè em
 profluunt boni mores, & bonitas ipsa popula-
 ris abundat alijs, sibi restrictior. Tertius puteus
 iuramenti, hoc est, sapientia naturalis, quæ ea,
 quæ supra naturam vel naturæ sunt, comprehendit.
 Quod enim affirmatur, & quasi Deo teste
 iuratur, etiam diuina complectitur, cum Domi-
 nus naturæ fidei testis adhibetur. Quid etiam
 tres libri Salomonis, vnus de Prouerbijs, alius
 Ecclesiastes, tertius de Canticis canticorum, nisi
 trinitas huius ostendunt nobis sapientia sanctum
 Salomonem fuisse solertem? Qui de rationali-
 bus et ethicis in Prouerbijs scripsit, de naturali-
 bus in Ecclesiaste, quia vanitas vanitatum, & oia vani-
 tas, quæ in hoc mundo sunt constituta. Vanitati

triplicem
 sapientiam
 naturalem, et
 rationalem

Ge. 16. 26.
 46.

Eccle. 1.

Roma. 8.

enim creatura subiecta est. De moralibus autē
 & rationalibus in Canticis canticorum, eodē
 quod cū animę nostrę amor verbi cęlestis in-
 funditur, & rationi mens sancta quadā societa-
 te cōnectitur, admiranda mysteria reuelantur.
 Euangelistis quoq; quā putas defuisse sapien-
 tię quorū alij cū varijs generibus sint refer-
 ti, singuli tamen diuerso genere pręstant. Est
 enim vera sapientia naturalis in libro Euange-
 lij, qui scribitur secundū Ioannē. Nemo enim,
 audeo dicere, tanta sublimitate sapientię ma-
 iestatem Dei vidit, & nobis proprio sermone
 referauit. Transcendit nubes, transcendit virtu-
tes cęlorū, transcendit angelos, & verbum in
principio reperit, & verbum apud Deum vi-
dit. Quis autem moralius secundū hominem
 singula prosequutus, q̃ sanctus Matthęus, qui
 edidit nobis pręcepta viuendi? Quid rationa-
 bilius illo admirabili copulatu, q̃ quod san-
 ctus Marcus in principio statim locandū pu-
 tauit: Ecce mitto Angelū meū. Et vox claman-
 tis in deserto: vt & admirationem moueret, &
 doceret hominē, humilitate atq; abstinentia &
 fide placere debere, sicut ille sanctus Ioānes Ba-
 ptista his ad immortalitatē gradibus ascendit,
vestimento, cibo, nuntio. At verō sanctus Lu-
 cas velut quendam historicū ordinem tenuit,
 & plura nobis gestorum Domini miracula re-
 uelauit: ita tamen vt omnes sapientię virtutes
 Euāgelij istius complecteretur historia. Quid
 enim pręcellentius ad sapientiam naturalem,

Ioan. I.

Marc. I.

q̄ quodd Spiritū sanctū creatorē etiā Dñicæ in
 carnatiōis extitisse referauit. Docet ergo natura
 ralia, si creat spiritus. Vnde & David docens sa
 pientiam naturalē, Emitte, inquit, spiritū tuū,
 & creabuntur. Docet moralia in eodem libro
 cū me in illis beatitudinibus docet mores, quē
 admodū amare inimicū debeat, quemadmo
 dū nō referire, & nō repercutere verberantē:
 quēadmodū benefacere, mutuū dare cū despe
 ratione recuperatiōis & cū remuneratiōe mer
 cedis. Merces enim facilius sequitur nō expectan
 tē. Docet etiā rationabilia cū lego, Quoniā qui
 fidelis est in minimo etiā in magnis fidelis est.
 Quid adhuc de naturalibus dicā? Qui docuit
virtutes cælōrū moueri, Dñm solū esse vnigeni
tū Dei filiū, in cuius passiōe tenebræ p̄ diē factę
sunt, terra obscurata est, sol refugit. Ergo oēm,
 quē mūdāna sibi prudētia falsō vendicat, prin
 cipatū sapiā verē possidet spiritualis, p̄sertim cū
 (vt aliqd̄ audacius vsurpemus) ipsa fides n̄ra,
 ip̄m mysteriū Trinitatis sine hac triplici sapiā
 essenō possit nisi credamus illū naturā p̄rem,
 q̄ nobis genuit redemptorē & illū ethicū, q̄ p̄ri
 vsq̄ ad mortē scđm hoīem obediens, nos rede
 mit, et illū rōnabilē Sp̄m, q̄ rōnē colēdē diuini
 tatis & vitę regendę hūanis pectorib⁹ ifundit.

REGVLA CIII.

Omnia quæ scripta sunt in sacris li
 teris, ad Christum referuntur. Au
 gust. in Psal. lxxj.

REGVLÆ
EXPLANATIO.

Omnes promissiones Dei in Christo formatæ sunt, quādo in illo completū est, quicquid p salute nostra pphetatū est. Hoc autem in terra esse voluit, quia ppter eos, qui in terrā illa cōscripta sunt. Vnde & ipse in terrā venit, vt ea cūcta firmaret, id est, in se monstraret impleri.

Luc. 24. Oportebat enim, inquit, impleri omnia, quæ scripta sunt in Lege & Prophetis & Psalmis de me.

REGVLA CIIII.

Scriptura sacra aliquid dicit in quibusdam locis, quod in illa re gesta, quam uidetur commemorare, non inuenitur. Aug. in Psal. lxxvii.

EXPLANATIO.

Multa in Psalmo septuagesimoseptio de plagis illatis Aegyptijs, quæ omnino accidisse Aegyptijs non legimus, cū omnes eorum plagæ in Exodo diligentissimè ex ordine contera tur. Facit hoc scriptura in multis locis prophetorum eloquiorū. In plagis enim Aegyptiorum nō inuenitur, quod habet iste Psalmus, Et dedit ærugini fructus eorū. Illud etiam, quod cū dixisset, Et tradidit grandini iumenta eorum, & possessionem eorum igni. De iumentis grandine occisis legitur in Exodo. Quodd vero possessio eorum igne cremata sit, omnino non legimus, quāuis voces & grandines cum igne fierent, sicut tonitrua cū fulguribus, non tamē

SACRÆ SCIRP.

scriptum est, aliquid traditum igni, vt arderet. Deniq; mollia, quæ lædere grando non poterat, dicuntur non esse percussa, id est, duris ictibus læsa, quæ postea comedit locusta. Itē quod hīc dicitur, Et moros eorum in pruina, non est in Exodo. Multū enim pruina distat à grandine. Nam serenis hyemalibus noctibus pruina terra canescit.

RECVLA LV.

Diuinæ literæ non solū mores in his, qui prædicabiles sunt, sed eorū parentes plerunq; solent laudare. Ambros. super. c. j. Lucae.

EXPLANATIO.

Sic sancti Samuel mater Anna laudat, sic Isaac à parentibus nobilitatem pietatis accepit, quā posteris dereliquit. Quæ enim aliā intentio est Euangelistæ Lucae, nisi vt sanctus Ioannes Baptista nobilitetur parentibus, miraculis, moribus, munere, passione? Non solū igitur à parentibus, sed etiam à maioribus sancti Ioannis nobilitas propagatur, non seculari potestate sublimis, sed religionis succellione venerabilis. Tales enim maiores habere debuit prænuntius Christi, vt nō repente conceptā, sed a maioribus acceptam, & in ipso insulam iure naturæ prædicare fidē Dominici videretur aduentus. Erant, inquit, ambo iusti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela.

*Sunt nō
mores
q; ea que
tāt ibi
a pte pte
ppter fact*

REGVLÆ
REGVLA CVI.

Omnia diuina eloquia salubria sunt
bene intelligētibus, periculosa his,
qui ea uolunt ad sui cordis peruersi-
tatem detorquere. Augustinus in
Psal. xlviiij.

EXPLANATIO.

Hæc est in hoībus magna & vīitata puerilitas,
quia cū debeant viuere ipsi secundū volūtatē
Dei, Deum volunt viuere secundū volūtatē
suā; & cū ipsi nolunt corrigi, illū volunt depra-
uari: rectē non arbitantes, quod ille vult, sed
quod ipsi volunt. Solemus autē audire homi-
nes murmurantes aduersus Deū, quod malis
in hac vita bene sit, & laborent boni, quasi ille
peruersus sit, & nesciat quid agat, aut omnino
auertat oculos à rebus humanis, vel securitatē
suam perturbari nolit, vt hæc nō attēdat, quia
cum labore ista Deus aut videt, aut corrigit.
Murmurant ergo homines, qui propterea no-
lunt Deum colere, vt hīc illis bene sit, quando
viderint eos, qui Deum non colunt, pollere &
florere felicitate terrena, se autem colentes Deū
laborare in angustijs, in necessitatibus, in ærū-
na, cæterisq; difficultatibus mortalitatis huma-
næ. Contra istam vocem, & cōtra has blasphemias
murmurantium incantat semper sermo
diuinus, curans à morbo serpentis, Venenati
enim cordis ista sanies, eructans in Deum puta

SACRÆ SCRIP:

rem blasphemix, & quod peius est, manus scrutantis repellens, morsum serpentis non repellens. Hoc dixi, repellit à se cor hominis verbi Dei seueritatem, & admittit ad se malè suadentis serpentis blanditias.

REGVLA CVII.

Sacra scriptura aliquando loquitur ex persona capitis Ecclesiæ scilicet Christi, aliquando ex persona corporis. Aug. in Psal. xxj. & xl.

EXPLANATIO.

Ita verba sonant de capite & membris, vt intelligamus caput & corpus in vnitæte integritatis consistere, nec separari ab inuicem tanq̃ coniugium illud, de quo dictum, Erūt duo in carne vna. Si ergo agnoscimus duos in carne vna, agnoscamus duos in voce vna. Inimici, inquit, mei dixerunt mala mihi, Quando morietur, & peribit nomen eius: Persona est hæc Domini nostri Iesu Christi, sed videte, si nō ibi intelliguntur & membra. Dictum est hoc, cū ipse Dominus noster hīc in terra in carne ambularet. Cū enim viderent multitudinem sequi auctoritatem eius, diuinitatem & maiestatem miraculis præsentatam, cū hoc viderent Iudæi, de quibus ipse Dominus similitudinem posuit, quia dixerunt, Hic est hæres, venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas.

Vnde pontificis illius Caiphæ vox est, Videatis, quod turba multa eum sequitur, & seculū post illum abit: si dimiserimus eum viuere, venient Romani, & tollent nobis & locum & gentem. Expediit, vt vnus moriatur homo, quā tota gens pereat. Euangelista verba nescientis quid diceret, exposuit nobis, & ait, Hoc autem non à se dixit, sed cū esset pōrifex prophetauit quia oportebat eum mori pro populo & gente. Tamē illi cū viderant populum post eum ire, dixerūt, Quando morietur, & peribit nomen eius: id est, cū occiderimus eum iam nomen eius nō erit in terra, neq; seducer aliquos mortuus. Mortuus est, & non perijt nomen eius, sed seminatum est nomen eius. Glorificato ergo Domino nostro Iesu Christo, cōperūt multo magis, multoq; numerosius credere in illū, et cōperūt mēbra ei' audire, qd' caput audiebat. Hinc ergo Diabolus persecutiōes in Ecclesia cōcitauit ad perdendū nomē Christi, nisi forte putatis fratres, quoniā illi pagani, quādo sœuiebāt in Christianos, non hoc sibi dicebāt delere nomen Christi de terra, vt moreretur iterum Christus non in capite, sed in corpore suo. Loquitur aliquando ex nobis, vt quando dixit, Esuriui & dedistis mihi manducare. Ex membris suis loquebatur cū dixit, Saule Saule, quid me persequeris? Caput pro mēbris clamabat, & tamen non dixit, Quid persequeris membra mea: sed, Quid me persequeris? In nobis ipse patitur, & nos in illo coronabimur.

Et cū

SACRÆSCRIP.

Et cū dicit, Deus De⁹ meus respice in me, quare
me dereliquisti: quare dicitur, nisi quia nos ibi
eramus: nisi quia corpus Christi Ecclesia:

REGVLA C VIII.

Multa in scripturis sanctis dicuntur
 iuxta opinionem temporis, quo ge-
 sta referuntur, & nō iuxta id quod
 ueritas continebat. Hierony. in Hie-
 re, c. xxviij. & in Matth. c. xiiij.

EXPLANATIO.

Ananias in Hieremia dicitur propheta, nō qui Hier. 28.
 esset, sed qui crederetur. Et Ioseph in Euange-
 lio pater Dñi vocatur. Et ipsa Maria, quæ scie-
 bat se de Spiritu sancto concepisse, & respon-
 derat angelo, Quomodo erit istud, quoniā vi- Luc. 2.
 rum non cognosco: loquitur ad Filium, Ecce Matth. 14.
 pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.
 Herodes etiam contristatus dicitur, quia hoc
discumbentes putabant. Dissimulat enim men-
 tis suæ malitiam artifex homicida, cū tristi-
 tiam in facie, & lætitiā haberet in mente.

REGVLA C IX.

Sacra scriptura cū aliquando nar-
 ret per recapitulationem, quæ prius
 facta sunt, uidentur posterius facta.
 Augustinus uigesimo De ciuit. Dei
 capitulo decimoquarto.

h

REGVLÆ
EXPLANATIO.

Apoc. 20. Ioannes in Apocalypsi, Vidi, inquit, mortuos
magnos & pusillos stantes in conspectu thro-
ni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est,
qui est vitæ vniuscuiusq;. Et iudicati sunt mor-
tui ex his quæ erant scripta super opera eorū.
Et exhibuit mare mortuos suos, qui in eo erāt,
& mors & infernus reddiderūt mortuos suos,
qui in ipsis erant, &c. Hoc proculdubio factū
est, ^{quæ} quam essent mortui iudicati, & ramen illud
prius dictum est, Ergo recapitulando ad id res-
dijt, quod prætermiserat. Hunc autem ordinē
tenuit, atq; vt explicaretur ipse ordo, commo-
dius etiam de iudicatis mortuis quod dixerat,
suo repetiuit loco. Cum enim dixisset, Et exhi-
buit mare mortuos, qui in eo erant, & mors &
infernus reddiderunt, quos in se habebāt, mox
addidit, quod paulo antè dixerat, Et iudicati
sunt singuli secundū facta sua. Hoc est enim,
quod suprà dixerat, Et iudicati sunt mortui se-
cundū facta sua. A V C T O R. Hæc recapit-
ulatio aded frequens in sacris literis occurrit,
vt ad manum & in numero semper sit haben-
da sacrarum literarum studiosis, alioqui falli
eos atq; labi crebrò, necesse est.

REGVLA CX.

Si locus aliquis intellectu difficilis
occurrat in sacris literis, durus sit il-
le impio non Christiano: quandoq;

SACRÆ SCRIP.

enim soluetur, & fiet oleum usq; ad
ossa penetrans. August. in Psal. liiij.

EXPLANATIO.

Prima hēresis inter discipulos Christi facta est, Ioan. 6.
cūm diceret, Nisi quis manducauerit carnem
meam, & biberit sanguinem meum, non habe
bit vitam in se. Illi autem non intelligentes, di
xerunt adinuicem, Durus est hic sermo. Quis
potest eum audire? Dicentes quia durus est ser
mo hic, separauerunt se ab illo. Remansit cum
alijs duodecim. Cūm ei suggessissent, illos in
sermone eius fuisse scandalizatos, Nunquid
& vos, inquit, vultis abire? Et Petrus, Verbum
vitæ æternæ habes, ad quem ibimus? Nūquid
iam Petrus intelligebat secretum illius sermo
nis Domini? Non intelligebat, sed bona esse
verba, quæ non intelligebat, piē credebat. Sic
& nos si incidamus in locum aliquem durum
atq; difficilem, piē credamus illum, & aperie
tur nobis.

REGVL A CXI.

Rationibus exponere sacram scrip
turam, & non auctoritate pericu
losum est. Augustinus, iij. De doctr.
Christia. c. xxviij.

EXPLANATIO.

Quid in diuinis eloquijs largius & vberius
h ij

REGVLÆ

potuit diuinitus prouideri, quàm vt eadē verba pluribus intelligantur modis, quos alia nō minus diuina contestantia faciant approbare. Vbi autem talis sensus eruitur, cuius incertum certis sanctarum scripturarum testimonijs possit aperiri, restat, ut ratione reddita, manifestus appareat, etiā si ille, cui⁹ verba intelligere quærimus, eū forte nō sensit. Sed hæc consuetudo periculosa est. Per scripturas em̄ diuinas multo tutius ambulatur, quas verbis translati occupatas cū scrutari volumus, aut hoc inde exeat, quod non habeat controuersiam, aut si habet, ex eadem scriptura vbicūq; inuenitis atq; adhibitis eius testibus terminetur.

REGVLÆ CXII.

Sacra scriptura ferarum nomine alijs quos homines appellat propter affectiones interturbantes. Chrysostomus super Genesim Homelia. xij.

EXPLANATIO.

- Esa. 34. Interdum canes ob impudentiam & impetū vocat dicens, Canes muti non valentes latrare. Interdum ob libidinem equos, Nam equi in fœminam insaniētes, vnusquisq; vxori proximi sui adhinniebat. Interdū verò asinos ob stupiditatem & ruditatem. Cōparatus est em̄, inquit scriptura, iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Interdum leones & pardos vocat ob rapacitatem & habendi auiditatem.
- Hier. 50.
- Psal. 48.
- Ose. 13.

Aliquando autem aspides ob fraudulentiam, Psal. 48.
 Venenum, inquit, aspidum sub labijs eorum.

Nonnunq̃ serpentes & vipersas ob latens ve- Psal. 139.
 nenum & malitiam, sicut beatus Ioannes cla-
 mat dicens, Serpētes, progenies viperarū, quis Matth. 3.
 vobis demonstrauit fugere à ventura ira? Insu-
 per & alia affectionibus respondentia nomina
 imponit, vt sic vel tardè confusi, ad suam ali-
 quando redeant nobilitatem, & confœderen-
 tur affectionibus, quæ suis diuinas leges præfe-
 rant, quibus sese delinquendo permiserunt.

REGVL A C X I I I.

Res ipsa, unde trahitur, similitudo in
 sacris literis, non laudatur, sed tantū
 similitudinē de illa trahi ostenditur.
 August. in Psal. lviij.

EXPLANATIO.

Sicut aspidis, inquit, Propheta, surdæ & obtus- Psal. 57.
 rantis aures suas, quæ non exaudit vocem in-
 cantantiū & venefici incantantis sapienter. Nō
 igitur confugiendum est ad incantationē, quia
 similitudo aspidis adducta est, q̃ incantantem
 Marsum non audit. Non laudauit Dominus
 iniquum iudicem, qui nolebat audire illam
 viduam, qui nec Deum timebat, nec homines
 reuerbatur, & tamen inde similitudinem Do-
 minus dedit. Nec illum laudauit pigrum,
 qui tres panes non propter amicitiam dedit Luc. 18.
 petenti, sed tædio victus, & tamen inde simi-

h iij

REGVLÆ

litudinem dedit. De rebus ergo non laudandis traduntur secundum quendam modum nonnullæ similitudines.

REGVLA CXIII.

De quibusdam animalibus aut alijs quædam in scripturis sacris traduntur, de quibus aut seculares literæ, aut hominum fama aliter tradit. Veritas tamen est in sacris literis. Augusti. in Psal. lxxvj.

EXPLANATIO.

Si enim aliter tradatur alibi quæ in sacris literis, non moueamur: quia non sine causa hoc dixerant scripturæ sanctæ. Nos quicquid illud significat, faciamus: & quæ sit illud verum non laboremus. Et si quæ tibi similitudines datæ fuerint, si inueneris in scripturis, crede: si non inueneris dici nisi fama, nec valde credas. Res ipsa fortè ita est, fortè non est ita. Tu profice tibi, valeat ad salutem similitudo.

REGVLA CXV.

Sacra scriptura de omnibus uirtutibus & uitij exemplum habet, & contra omnia uitia remedia. Chrysostomus in Actib. Apostolorum Homilia, xxix.

Explanationē hęc regula non indiget, quia longissimā esset, idq; passim occurrit legentibus. Nicolaus præterea Hanapus Hierosolymitanus patriarcha plurima ad hanc rem pertinentia collegit ex sacris literis.

REGVLA CXVI.

Historia plurimum iuuat ad sacrarum literarum intelligentiam. Augusti. ij. De doctrina Christia, capitulo uigesimo octauo.

EXPLANATIO.

Quicquid de ordine temporum transactorum indicat ea, quæ appellatur historia, plurimum nos adiuvat ad sanctos libros intelligendos, etiam si præter Ecclesiam puerili eruditione discantur. Nam & per Olympiadas & per Cōsulum nomina multa sæpe quærentur à nobis. Et ignorātia Cōsulatus, quo natus est Dñs, vel quo passus est nonnullos coegit errare, vt putarent, quadragintasex annorum ætate passum esse Dominū, quia per tot annos ædificatum esse templum, dictū est à Iudæis, quod imaginē Dñici corporis habebat. Et annorum quidē triginta fere baptizatum esse, retinemus auctoritate Euāgelica. Sed postea quorū annos in hac vita egerit, q̄q̄ textu ipso actionū eius animaduerti possit, tamen ne abūdē caligo dubitationis oriatur, de historia Gentium collata cum Euangelio lucidius certiusq; colligitur.

h iij

templum
resolū
mum ed
ntum est
Luc. 30
vi an

Tunc enim videbitur, nō frustra dictum esse,
quod quadraginta sex annis templum ædifica-
tum sit, vt cūm referri iste numerus ad ætatem
Domini nō potuerit, ad secretiorem instructio-
nē humani corporis referatur, quo indui pro-
pter nos non dedignatus est vnicus Dei filius,
per quem facta sunt omnia. A V C T O R .
Quia video plerosq; magni alioqui nominis
theologos lapsos fuisse, dum ætatem Domini
& passionis eius diem conantur recta supputa-
tione tradere, placuit hoc loco certam huius
dubij rationem explicare. Satis igitur constat
inter eos, q solerti indagine tēpus vitæ & mor-
tis Dñi nostri Iesu Christi secundū carnem per-
scrutati sunt, passum eū fuisse anno tricesimo
tertio vitæ suæ, hoc est, tricesimo secundo cō-
pleto, & tertio per tres mēses & dies decem in-
choato. Tēpus verò mortis eius incidit in de-
cimum octauum annum Tyberij Cæsaris, &
in quartum Olympiadis ducetelima secunde,
Eusebio, Hieronymo, Augustino & Beda au-
ctoribus. Ex quibus aperte refellitur Aphrica-
ni & Tertulliani error, qui contra Euangelij
veritatem asseuerant, Dominum passum an-
no quintodecimo imperij Tyberij Cæsaris, cū
Lucas Euangelista scribat eo anno Christum
baptizatum. Quod autem passus fuerit eo an-
no, quē suprà retulimus, sic accipe: Lucas Euā-
gelista his verbis refert, Venit dies azymorū,
in qua necesse erat occidi pascha, & misit, nēpe
Iesus, Petrum & Ioannem dicens, Euntes, para-

quorū fuit
annis amō
fuit p̄ q̄
fuerit
christus
fuit anno
vnde fuit
et scilicet
do. imple
et scilicet
tres mēses
et dies decem
inchoato

Luc. 22,

te nobis pascha, vt māducemus. Ex quibus col-
 ligitur, illum diem, quo Christus agnū come-
 dit, quartamdecimam lunam fuisse, in qua ex
 præscripto Legis, vt in Exodo & Leuitico præ Exod. 12.
 cipitur, paschalis agnus iubebatur manducari.
 Cum itaq; Christus per omnia Legem imple-
 uerit, illo die agnum comedisse cum discipulis
 suis, manifestum est, Fuisse autem illum diem,
 quo Christus agnum comedit, Iouis diem, seu
 feriam quintā, probat vniuersalis Ecclesiæ cō-
 suetudo, quæ ab initio, vt ita dicam, suæ nati-
 uitatis feria quinta Dominicam cœnam cele-
 brauit, cū præsertim in principio nascentis Ec-
 clesiæ multi superessent testes oculati, qui Chri-
 stum eo die cœnam celebrasse conspexerint.
 Crucifixum vero die sequente cœnam illā, hoc
 est, feria sexta, Marcus Euangelista apertè osten-
 dit, cū ait, Erat autem Parasceue, quādo cru-
 cifixus est Dominus. Quod Ecclesiæ consuetu-
 do in illo festo semper obseruauit. Parasceue
 autem dies erat præcedens pascha. Dicta ve-
 rō est παρασκευή hoc est, præparatio, quod illa
 die Iudæi præparabāt ea, quibus opus erat in
 pascha, ne festum violarent. Si ergo retrogra-
 diamur attenta temporū supputatiōe ex ephē-
 meridibus perpetuis astrologorum, liquido
 comperiemus, neq; anno tricesimo ætatis Do-
 mini, vt Aphricanus & Tertullianus credide-
 runt, neq; anno quadagesimosexto, vt mani-
 festo errore falluntur hi, quorum Augustinus
 meminit, potuisse quartamdecimam lunam,

*feria quinta
Iouis dies
vniuersalis
conuenerit*

*Parasceue
quid*

in qua agnus iubebatur comedi, feriam quinquagesimam esse, aut Parasceuen in feriam sextam, sed id incidisse in annum Domini tricesimum tertium, ut feria quinta fuerit quartadecima luna, quarto Nonas Aprilis, & Parasceue fuerit feria sexta tertio Nonas eiusdem Aprilis, id est tertio die Aprilis, in quo Christus crucifixus est. Euangelistæ vero cum Hæbreorum more tempus passionis Domini signarent, lunares menses, qui mobiles sunt, sequebantur. Nam Hebræi ab ætate lunæ dies nominant. Mensis autem, qui est primus in mensibus anni, ut sacra scriptura dicit, Martius est. Huius autem mensis plenilunia nonnunquam in ipsum mensem, aliquando in Aprilem incidunt, ut ex Astrologorum tabulis facile intelligi potest. Vnde fit, ut aliquando mense Martio, aliquando Aprili celebretur cœna domini. Quod autem communis sententia videtur dicere Christum mense Martio passum, inde traxit originem, quod prima lunatio est Martij, licet mensem Aprilem aliquando occupet secundum lunæ motum. Cyrillus vero, qui eo die conceptum & passum Dominum dicit, intelligendus est, quod feria sexta conceptus fuit Christus, & feria sexta passus, non tamen eodem mensis die, cum conceptus fuerit vigesimo quinto die mensis Martij feria sexta, passus tamen feria sexta, tertio die Aprilis, Christum verò Dominum tot annos ætas

martij se
cundum
iudas primus
anni mensis
est

hustoriam
us fuit vig
timo quarto
die mensis
nam feria
est

Christo passus est vna die aprilis
feria sexta anno suæ ætatis
m. secundo conceptus est ex vna adom
in ambobus mensibus et decem diebus

tis suæ attigisse, quot diximus, scilicet triginta
 duos integros annos & tres menses & dies des
 cem, ex Euangelistarum & historiographorū
 traditione declaratur. Anno igitur imperij Au
 gusti Cæsaris quadragesimosecundo propemo
 dum completo natus est Dominus octauo Ca
 lendas Ianuarij, hoc est, vicelesimo quinto die
mensis Decembris, Olympiade centesima nona
nagesima quarta, anno quarto eiusdem Olym
 piadis, anno ab Vrbe condita septingentesi
 mo quinquagesimosecundo, Consulibus C.
 Lentulo, & M. Messala, vt scribit Cassiodo
 rus, & Herode huius nominis primo regnan
 te in Iudæa sui regni legitimi anno primo, cū
 vno & triginta annis Iudæorum regnum per
 vim occupasset, à mundi creatione anno ter
 milleesimo nongentesimo sexagesimo circiter
 completo secundum Hieronymi ex Hebræo
 translationem. Natus est autem media nocte,
 quæ solis, id est, Dominici diei diem precede
 bat. Die autem sexta Ianuarij, quæ fuit feria ses
 xta, à Magis adoratur. Die quadragesimo ab
 eius ortu, qui fuit feria quinta, & dies secun
 dus Februarij, præsentatur in templo. Deins
 dein Aegyptum fugit vsq; ad obitum Herod
 dis. Obitus autem Herodis incidit in annum
Domini quintum, quoniā anno septimo sui
 regni obiit ex Iosepho. Anno Domini ses
 xto inchoato & regnante Archelao Herodis
 filio, rediit ex AEGYPTO in terram Israel,

postmodum calendaria februarii hoc est febru
 rii diebus in templo præsentantur

REGVLÆ

Annum agens Dominus duodecimum remā
fit in Hierusalem. Anno Domini decimosexto
obiit Augustus, vt omnes historici dicunt,
quia obiit Olympiade centesima nonagesima
tertia, anno ab Vrbe condita septingentesimo
sexagesimosexto. Anno vero quintodecimo
imperij Tiberij cæsaris baptizatur Dominus,
& erat incipiens annum tricesimum. Baptismi
dies fuit sexta mensis Ianuarij, vt ostenditur
ex officio Ecclesiastico, quod in Ecclesia cantae-
tur in festo Epiphaniæ. Vbi & de adoratione
Regum & de aqua in vinum conuersa, & Chri-
sti baptismo frequens mentio fit. Ex his omni-
bus cōstat egisse Dominum annum vigesimū
nonum & dies tredecim, quando baptizatus
est. Ab hoc ergo tempore ad Christi passionē
superfunt anni illi & dies, qui explent numerū
annorū vitæ Christi, quē superius docuimus.

REGVLÆ CXVII.

Disputationis disciplina ad omnia
genera quæstionū, quæ in literis san-
ctis sunt penetranda & dissoluenda
plurimum ualent. Sophistica tamē
cauenda est. Augu. ij. De doct. Chri-
stia. c. xxxj.

EXPLANATIO.

Sunt enim multæ, quæ appellantur sophismas-
ta, falsæ cōclusiones rationum, & plerunq; ita
veras imitantes, vt non solū tardos, sed inge-

niosos etiam minus diligenter attentos decipiant. Proposuit enim quidam, dicens ei, cum quo loquebatur, Quod ego sum, tu nō es. At ille consensit. Verū enim erat ex parte, vel eo ipso, quod iste insidiosus, ille simplex erat. Tūc iste addidit, Ego autē homo sum. hoc quoq; cū ab illo accepisset, conclusit dicens, Tu igitur non es homo. Quod genus captiosarum conclusionum scriptura, quantū existimo, de testatur illo loco, vbi dictum est, Qui sophisticē loquitur, odibilis est. Quancūq; etiam sermo non captiolus, sed tamen abundantius q̄ grauitatem decet, verborū ornamenta confectās, sophisticus dicitur. Sunt enim veræ connexiones ratiocinationis falsas habentes sententias, quæ consequuntur errorem illius, cū quo agitur, quæ tamē ad hoc inferuntur à bono & docto homine, vt in his erubescens ille, cuius errorem consequuntur, eundem relinquat errorem: quia si in eodem manere voluerit, necesse est, vt etiam illa, quæ damnat, tenere cogatur. Non enim vera inferebat Apostolus cū diceret, Neq; Christus resurrexit. Et illa alia, Inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides nostra. Et deinceps alia, quæ omnino falsa sunt, quia & Christus resurrexit, & non erat inanis prædicatio eorum, qui hoc annuntiabat, nec fides eorum, qui hoc credebant. Sed ista falsa verissimè connectebantur illi sententiæ, quæ dicebatur, non esse resurrectionem mortuorū. 1. Cor. 15. Istis autem fallis repudiatis, quoniā vera erāt,

Eccle. 37.

1. Cor. 15.

REGVLÆ

si mortui non resurgunt, consequens erit resurrectio mortuorum.

REGVLA CXVIII.

In sacris literis nihil est, quod non ingentem thesaurum cōtineat, modo scrutatorem habeat. Ideo in sacris literis nil contemnatur, aut obiter prætereatur, etiam si nomina recensentur. Chrysostomus Homilia vicesima prima & vicesima quarta super Gene.

EXPLANATIO.

Ego omnes vos obsecro, ne simpliciter ea, que in scripturis sacris continua sunt, transeat. Nihil enim hîc scriptum est, quod non multas sensuum habeat diuitias. Quandoquidem diuino Spiritu afflati, Prophetę loquuti sunt. Ideo vti à Spiritu scripta, ingentem in se continent thesaurum. Næc enim vel syllaba vel articulus est in sacris literis, in cuius profundo nō sit grandis quispiam thesaurus. Proinde nobis opus est, diuina gratia ducamur. Et Spiritu sancto illustrati, eloquia diuina ad ea mus. Neq; opus habet diuina scriptura homi-

num sapientia, vt intelligatur, sed reuelatione Spiritus, vt hausto inde vero sensu magnum nobis hinc lucrum accrescat. Nam si in scriptis, quæ de secularibus negotijs ab hominibus conficiuntur, sæpeq; tempore corruptūtur, vel vnam proœmij syllabam deesse multū momenti habet: quanto magis hoc in scripturis diuinis à Spiritu sancto compositis inuenitur, modo sobrii simus, vt non temere progrediamur, sed intenta mente diligenter omnia consideremus, & non negligentiores simus alijs, qui hoc studio in prophanis vtuntur. Enimuero qui metalla effodiunt, non in superficie manent, sed cū valde profundē descenderint, & auri ramenta habere poterint, magno labore & constantia ea à terra separant, postq; multum illum laborem breuē aliquam laborum inueniunt consolationem. Veruntamen licet hi sciant, quod sæpe vtilitatem percipiant laboribus non respondentem vtpote minorem, & quod sæpe post tot vigilias & labores etiam expectatione sua frustrentur, neq; sic desistunt, sed spe aluntur, & sensu laboris carent; quod si illi tantum præ se ferunt studium in corruptibilibus incertis & noxijs, multum magis addecet, vt nos vbi diuitiæ auferri nequeunt, & thesaurus absumi non potest, & spe non aberratur, par vel maius studiū adhibeam⁹, vt hinc aliquo fructu pcepto,

R E G V L Æ

desiderata assequi possimus, agnitæq; ineffabili
li misericordia Dei gratias agentes Domino
Deo nostro eius nobis fauorem conciliemus,
& Diaboli retibus non illaqueemur. Cùm au-
tem mysterijs tota grauida sit scriptura, quis
ambigat vel in ipsis nominibus proprijs seu
impositione, seu interpretatione multum the-
saurum doctrinæ latere. Etenim nō frustra bea-
tus David in Psalmis, Reuela oculos, inquit, &
considerabo mirabilia ex lege tua. Item eius fi-
lius, quòd oportet tanquam argentum exqui-
rere sapientiam, & tanq̃ aurum perscrutari.
Nam si quis ipsa duntaxat verba nuda, & vt
dicuntur, acciperet, multa absurda de Deo ne-
cesse esset suspicari. Quære regulam. xliij.

R E G V L A C X I X.

Sacra scriptura cohæret sibi tota,
Chrysost. in Marc. Homil. iij.

E X P L A N A T I O.

Quia ab vno spiritu copulata est, & quasi vna
catenula est, atq; vt circulus in circulū innectit̃,
& quicquid aliud sumpseris, aliud lare pender.

R E G V L A C X X.

Sacræ scripturæ mens est ubiq; in
superficie illius. Chrysost. in Gene.
Homelia. iij.

E X P L A N A T I O.

Diuinorum eloquiorum natura in paucis ver-
bis multas sententiarum affert diuitias, & inef-
fabilem

fabilem diligenter scrutari volentibus thesaurum largitur. Nam & Christus dicebat, Scruta^{Matth. 13} mini scripturas. Opus ergo est scrutinio, vt ne quod in profundo latet, nobis remaneat absconditum. Etenim misericordē habemus Dominum, & quando videt nos sollicitos, & magnū desiderium ad cognoscendū diuina eloquia habere, non permittit nos vlla re indigere, sed statim illustrat mentē nostrā, & suū fulgorem largitur, & pro sapientia illa sua mira industria omnem verā doctrinam animæ nostræ inserit.

R E G V L A C X X I .

Vna eademq; res multis & varijs similitudinibus insinuat in sacris litteris, ut uarietur ipse dicendi modus propter fastidium. August. in Psal. octauum.

E X P L A N A T I O .

Ecclesia & sarena, & area dicitur in Euangelio^{Matth. 13} & vinea, & in Psalmis torcular, & his multa similia. In area siue torculari nil aliud agitur, nisi vt fructus ab integumentis purgentur, quæ necessaria erant, vt nascerentur, & crescerent, atq; ad maturitatem vel messis vel vindemiæ peruenirent. His ergo vel integumentis vel sustentaculis, id est, paleis in area frumento, & vinaceis in torcularibus vina exuuntur, sicut in Ecclesia à multitudine secularium hominum, quæ simul cum bonis congregatur, quibus vt nascerentur, & apti fierent verbo di

REGVLÆ

uino necessaria erat illa multitudo, id agitur
vt spirituali amore per operationem ministro
rum Dei separentur. Agitur enim nunc, vt nō
loco, sed affectu interim separentur boni à ma
lis, quamuis simul in Ecclesijs quantum attis
net ad corporalem præsentiam, conuerfentur.

Matth. 3.

Aliud autem erit tempus, quo vel frumenta
in horrea, vel vina in cella segregerentur. Frumē
ta, inquit, recondet in horcīs, paleas autē com
buret igni inextinguibili. Vina recondet in
apothecis, vinatia verò pecoribus proijciet, vt
ventres pecorum pro pœnis geennarū per si
militudinem intelligere liceat.

REGVLÆ CX XII.

Qui nō credunt diuinis literis, nullā
poterunt inuenire rationē, unde fal
sas esse conuincant. Augusti. viij. de
Gene. ad liter. c. j.

EXPLANATIO.

A V C T O R. Cū Deo auctore prodita sit, sa
cra scriptura, & De⁹ ipsa sit incōmutabilis veri
tas: qui fieri pōt, vt humana ratione labefacte
tur: Quòd si quorūdam Philosophorū doctri
na diuinis literis contradicat, vt q̄ Aristoteles
mundum non incēpisse dixit, quis nō videat,
quā friuolis argumentis id agat?

REGVLÆ CX XIII.

Diui narum scripturarum auctoris
tas maior est q̄ omnis humani inge
nij capacitas. August. ij. de Gen. ad

literam. capitu. v.

EXPLANATIO.

Multis rationibus disputatū est, idq; ab erudit-
tis viris, qua ratiōe fieri possit, vt aquæ, quarū
natura grauior est oībus elemētis, præter terrā,
sup̄ cælos collocari potuerint, in vtrāq; partē
multa adducētibz. Nobis aut̄ sine dubitatiōe
credendum est, eas super cælos collocari, quas
les quales illæ sint.

REGVLA CXXIII.

Si qua contraria sacris literis in Gen-
tilium libris inueniantur, falsissima
sunt. Augustinus.

EXPLANATIO.

AVCTOR. Gentiliū historias plaustra, vt
dicitur, mendaciōrū continere, nemo, qui illo-
rū libros vel tenuiter attigit, ignorat. Ex quibz
cū multa sint, quæ sacris literis aduersent, vnū
tantū hoc loco subiicere placuit, quo prudens
lector itelligat, qualia esse reliqua possint. Sūc
ergo, qui scribant Aegyptios supra tredecim
annorū millia suis historijs continere, ipsosq;
Aegyptios adeo antiquos esse, vt ex quo Aegy-
ptij sunt, quater suos cursus sidera vertisse, vt
vnde sol oriebatur occideret, & e contrario. Put-
gnat certē hoc mendaciū nō solū cum sacris
literis, verū etiā cū philosophorū & astrologorū
traditiōibus. Nō desunt tñ, vel ex ipsis Gēti-
libz, q breuissimis annis supputatiōē illā pro-
babilē reddere conentur, sed frustra, cū præser-
tim Aegyptij solari āno vsi dicant, intercalātes

REGVLÆ

diem vnum ex quadratibus resultantē. Quod si menstruo aut bimestri aut trimestri anno vterentur, vt nonnulli referunt, ridicula esset antiquitas illa. Sed ridendi sunt potius q̃p̃ refellendi, maxime cū ex sacris literis Hieronymo in terpete, à mundi creatione ad Christi natiuitatem anni tantū ter mille nongenti quinquagintanouem fluxerint. Non enim in hac supputatiōe septuaginta interpretationē sequimur, siue librarium potius errorem

REGVLÆ CXXV.

Quod diuinarum literarum auctoritate traditur, sine ulla cunctatione asserendū est. Augu. vii. de Gen. ad literam, capitulo primo.

REGVLÆ CXXVI.

Contraria quæ uidentur esse in sacra scriptura, contraria non esse, debet ostendere, qui fideliter & integre sacrorū uoluminū colligit sensum. Origen. in Episto. ad Rom. lib. tertio, capi. tertio.

EXPLANATIO.

Accidere illis solet, qui diuersos sectarū sensus vnū fidei dogma disrumpunt, & illa tm̃ de scripturis diuinis testimonia explorāt, quibus propriū dogma cōstituant. Earū verò, quæ ediuerso veniūt: scripturę diuinę sententiarū absolu-

regnon
mundi,
Christi
natalem
fluxerunt
ter mille
nongenti
et quinquaginta
ann.

tiones nec extremo, quod aiunt, digito cōtingunt. Vt quod apud Apostolū in Epistola ad Rom̃, scriptū est, Scim⁹ aut q̃ quæcūq; Lex loq̃uit, his qui in Lege sunt, loquit, vt omne os obstruat, & subditus fiat oīs mūdus Deo, quia ex opibus Legis nō iustificabit oīs caro corā illo. Per Legē em̃ cognitio peccati. Epistola hæc Apostoli de plurib⁹ tractat legibus, quarū discretio & distinctio nisi p̃ loca singula habeat, cōfundere poterit sensus legentis. Et contraria vidētur, nisi diligēti examine excussa cōtraria nō esse manifestetur. AVCTOR. Lege Regulā, clxviii, vbi ex diuo Hieronymo cognosces variam Legis acceptionem in sacris literis.

REGVL A CXXVII.

Diuinis literis potius credendū est q̃ angelis de cælo descendētib⁹, aut mortuis resurgentibus. Chrysost. in Episto. ad Galat. ca. j.

EXPLANATIO.

Abraham cū rogaretur, vt mitteret Lazarū, re spondit, Habent Moysen & Prophetas, si illis nō crediderint, nec mortuos resuscitados audituri sunt. Hæc Christus inducit in parabola loquentē Abrahā, declarās, se velle plus fidei habendū scripturis, q̃ si mortui reuiuiscāt. Paul⁹ verò (porro cū Paulū dico, rursum ipsum Christum dico: hic em̃ erat, qui mentē illi⁹ gerebat) etiā angelis è cælo descendētib⁹ preponit scripturas, idq; valde cōgruenter. Siquidē angeli

Galat. I.

REGVLÆ

quālibet magni, tamen serui sunt ac ministri.
Cæterum omnes scripturæ non à seruis, sed
ab vniuersorū Domino Deo venerūt ad nos.

REGVLA CXXVIII.

Nihil contrariū in sanctis scripturis
cōtinetur. Chrysost. in Gen. hom. j.

EXPLANATIO.

Diuina scriptura dicit, qđ De⁹ requieuit ab opib⁹
suis. In Euāgelij⁹ Christ⁹ dicit, P̄r me⁹ vsq;
modò operat⁹, & ego operor. Nō videtur tibi
ex verborū p̄latione hæc dicta esse contrariæ.
Sed absit. Quòd requieuit De⁹ ab opibus suis,
docet nos, qđ à formādo & ex nihilo res vt es
sent, pducēdo requieuit die septimo. Christus
autē dicēs, P̄r me⁹ vsq; hodie operat⁹, & ego ope
ror: cōtinentē suā, puidentiā nobis declarat, &
opationē vocat cōseruationē factorū, qđ lar
gitur, vt pmaneāt, dū totū gubernat mūdū. Et
si qs voluerit prudenter & speciatim inspicere
oīa quæ quotidie in rerū bñficiū ab oīm opifī
ce perficiunt⁹, abyssum inueniet mīæ. Quis em̄
sermo, quē mens, ad indicibilē hāc bonitatem
p̄tingere poterit, quā humano generi p̄petuò
ostendit, oriri faciens solem suum super malos
& bonos, & pluens super iustos & iniustos,
omnemq; aliam copiam suppeditans?

REGVLA CXXIX.

In sacris literis nil est superuacuum.
Chrysosto. de uerbis Esai, Vidi do
minum &c. Homilia. ij.

SACRÆ SCRIP.
EXPLANATIO.

Sunt hoīes qdā, q posteaq̃ sacros libros in ma-
nus sumpserūt, deinde reppererūt vel annorum
numerū, vel noīa recēssionū, ilico prætercurrūt,
& incusantibus rñdent, Noīa tantū sunt, neq;
quicq̃ habēt vtilitatis. Quid ais? De? loquit̃, &
tu audes dicere, Nulla est dictorū vtilitas? Eteṃ
si ad nudā scripturā aspexeris tm̃, dic mihi, nō
ne resistes cum studio, repositasq̃ scrutaberis
opes? Eteṃ si n̄, q̃ fodiūt metalla, nec minima
quidē frustula prætereūt, verū vbi nacti fuerint
aliquā venā auri, meat⁹ oēs exactē circūspiciūt:
multo magis hoc facere nos oportet in scriptu-
ris, & tm̃ in metallis difficile est inuenire, quod
venātur. Eteṃ cū & metalla sint terra, & aurū
nihil aliud sit q̃ terra, ipsa quoq̃ naturæ cōmu-
nio similitudoq̃ cēlar aspectū eorū, quæ quæ-
rūtur. Attm̃ nec sic quidē desistūt illi, sed oēm
adhibent diligentia, etiam si posteaq̃ inspexer-
int, sciāt, qd verē sit terra, quid verē aurū. In
scripturis aut nō est eadē ratio. Neq; em̃ ppo-
nitur aurū terræ mixtū, sed purū est aurū. Elo-
quia, inquit, Dei pura, argentū igni exploratū,
probatū terræ. Siquidē scripturæ nō sunt me-
talla, quæ indigēt oparijs, sed thesaurū præbēt
paratū ijs, qui quærūt opes in ipsis reconditas.
Satis est enim introspectisse, vt omni expleti fru-
ctu, discedatis: satis est aperuisse, vt ilicō videas
gemmarū splendorē. Sed qd loquor de tēpori-
bus & noīb⁹ titulisq̃? Disce, quātū valeat vni⁹
tm̃ lrlulæ adiciō, ac desine tota cōtēnere noīa.

R E G V L Æ

*Abram sonat
transitorē*

Patriarcha noster Abraham (noster em̄ est po-
rius q̄ Iudeorū) prius dictus est Abram, quod
interpretatū sonat transitorē. Post hæc nomi-
ne cōmutato, dictus Abrahā, pater factus om-
niū gentiū, & vnicū elemētū adiectū tm̄ princi-
patū v̄dicauit iusto. Hieron. in. c. iij. Epist. ad
Ephe. Singuli, inqt, sermones, syllabę, apices &
pūcta in diuinis scripturis plena sunt sensibus.

R E G V L A C X X X.

Sacrę scripturę locus quilibet si di-
ligenter excutiatur, ingentē doctri-
næ materiā potest suppeditare. Ori-
genes in Exodū Homil. j. Vnde diui-
na eloquiā tanto quisq; altius intel-
ligit, quāto altius in eis intendit. Gre-
gor. super Ezechiel. Homil. vii.

E X P L A N A T I O.

Videtur mihi vnusq; sermo scripturę diui-
næ similis esse alicui seminū, cuius natura hæc
est, vt cū iactū fuerit in terram, regeneratū in
spicam vel in quācunq; sui generis speciē mul-
tipliciter diffundatur, & t̄aro cumulatius, quā
to vel peritus agricola plus seminibus laboris
impēderit, vel beneficiū terrę fecundioris in-
dulserit. Sic ergo efficitur, vt culturę diligen-
tia exigū sēmen, verbi causa sinapis, quod est
minimū omniū, efficiatur maius omnibus ole-
ribus, & fiat arbor, ita vt veniāt volatilia cæli,
& habitēt in ramis eius. Ita & sermo qui nobis

Matth. 13.
Marc. 3.

ex diuinis voluminibus legitur, si peritū inue-
 niat & diligentē colonū, cū primo attactu in-
 ueniatur exiguus & breuis, vt cœperit excoli,
 & spiritaliter retractari, crescit in arborē, in ra-
 mos & in virgulta diffunditur, ita vt possint
venire disputatores & rhetores huius mundi,
qui velut aues cæli leuibus pennis verborum
duntaxat pompa excelsa sectantur & ardua, &
rationibus capri, velint habitare in ramis istis,
 in quibus nō loquēdi decor est, sed ratio viuē-
 di. Gregorius vbi supra, In Ezechiele legimus, *Ezech. 1.*
 Cū ambularent animalia, ambulabant pariter
 & rotæ iuxta ea. Et cū eleuarent aīalia de terra,
 eleuabantur simul & rotæ iuxta ea. Ambulant
animalia, cū sancti viri in scriptura sacra intel-
ligunt, quemadmodū morantur viuant, Eleuant
verò à terra animalia, cū sancti viri se in contē
platione suspendūt. Rectè dicitur, Cū aīalia
 ambularent, ambulabant pariter & rotæ; & cū
 eleuarent animalia de terra, eleuabantur simul &
 rotæ. Nā vnusquisq; sanctorum quāto ipse in
 scriptura sacra profecerit, tanto hæc eadē scri-
 ptura sacra pficit apud ipsum. Vnde nec eleuā-
tur rotæ, si nō eleuātur aīalia. Quia nisi legen-
 tiū mentes ad alta pfecerint, diuina dicta velut
in imis nō intellecta iacent. Cū enim legenti
 cuiuslibet sermo scripturæ sacre si tepidus videt
 sensus diuini eloqui, eius mentē nō excitat, &
 in cogitatōe sua nullo intellectus lumine emi-
 cat, rota & ociosa & in terra est, q̃a aīal nō ele-
 uatur a terra. At verò si aīal ambulet, id est, be-

ne viuendi ordinē quærat, & progressum cordis inueniat, quēadmodū gressum boni operis ponat, ambulāt pariter & rotæ: quā tanto in sacro eloquio profectū inuenies, quāto apud illum ipse profeceris. Si enim pennatū aīal sese in cōtemplatione tenderet, rotæ p̄tinus à terra subleuarent, quā terrena nō esse intelligis, q̄ pri⁹ in sacro eloquio iuxta terrenū morē dicta credidisti, fitq; vt scripturæ sacræ verba esse cælestia sentias, si accensus per cōtemplatiōis gratiā remetipsum ad cælestia suspendas. Et mira atq; ineffabilis sacri eloquiū virtus agnoscit, cū sup̄no amore legētis animus penetrat. Quia ergo animal ad alta se subleuat, rota volat. Vnde sequitur, Quocūq; ibat spiritus, illuc eunte spū, & rotæ pariter leuabant, sequētes eū. Quod em̄ spiritus legentis tendit, illuc & diuina eloquia leuant: quia si in eis altū quid videndo & sentiendo quæseris, hæc eadē sacra eloquia tecū crescunt, tecū in altioribus ascendūt. Bene aut̄ de eisdē rotis dicit, sequētes eū. Legentis enim spiritus si quid in eis siue morale aut historicū quærit, sensus hunc moralis historiæ sequitur. Si quid typicū, mox figurata loquutio agnoscitur. Si quid cōtemplatiuū, statim rotæ quasi pennas accipiūt, & in aere suspendunt: quia in verbis sacri eloquiū intelligentia cælestis aperitur. In vna em̄ eadēq; scripturæ sn̄a alius sola historia pascitur, alius typica, alius verò intelligentiā per typū cōtemplatiuā q̄rit. Et fit plerūq; vt in vna eademq; sn̄a cūcta simul tria

leāt inueniri, Moyses em̄ cū de ardēti rubo vo Exod. 3.
 catus fuisset, accessit ppius, vt videret visum.
 Et ecce rubus ardebat, & nō cōsumebatur. Ma
 gnū est hoc miraculū, si solā in eo historiā req
 ras. Est vñ legētis nutria animus, vt videas, q
 in ligno ignis ardeat, & nō cōsumat. At verō
 si typicā intelligētiā q̄ras, qd flāma nisi Legē Deut. 33.
 de qua scriptū est, In dextera eius ignea lex. Et
 quid rub⁹ ille, nisi Iudaicū populū designauit
 peccatorum suorū spinis obsitū? Sed rubus ar
 dēs cōsumi nō potuit, q̄a Iudaicus pp̄s & ignē
 qdē Legis accepit, et tñ p̄ctōrū suorū spinas nō
 deseruit, neq; eius vitia diuini sermonis flāma
 concremauit. Fortasse in hoc facto alius maio
 ra p̄ typū cōtēplari desiderat. Huius q̄a sensus
 excrescit, eleuant̄ pariter & rotē. Inter hoīes em̄
 p̄fectus hō factus est vnic⁹ Dei filius, q̄ sua p̄ctā
 nō habuit, sed spinas nr̄æ neq̄tiæ suscepit, atq;
 vsq; ad passionē, p̄ nobis humiliari dignat⁹ est,
 & in semetipso ignē tribulationis nr̄æ suscipe.
 Sed arsit, & nō arsit, q̄a ex humanitate est mor
 tuus, & tñ immortalis ex diuinitate p̄mansit. Su
 scepit̄ a nobis, vñ sacrificiū fieret p̄ nobis, & tñ
 ip̄passibilis atq; incōmutabilis p̄mansit i p̄prijs,
 vt nos cōmutaret à nr̄is. Alius fortasse historiē
 moralitatē atq; p̄ allegoriā itelligētiā cōtēpla
 tionē requirit. Patet cūctis iuxta historiā hoc qd
 in Lege scriptū est, vt turtur, q̄ p̄ p̄ctō offerit, re
 torq̄at caput ei⁹ ad pēnulas, ita vt collo ih̄geat
 & nō penit⁹ abrūpat. In q̄b⁹ v̄bis dubi⁹ legētis
 bus sensus historic⁹ nō est. Sed si hęc itelligere

Leuit. 1. 5.

moras requiras, agitur rota, dū ad morālē in-
 telligentiā ducit sacri verbi sententia. Nos em̃
 ipsi in omnipotentis Dei sacrificiū esse turtur
 debemus, ita vt caput nostrū retorqueat ad pē-
 nulas, id est, animus ad virtutes. Nō enim im-
 meritō p caput mentē intelligimus, quia sicut
 caput corpus, ita mens actiōes regit. Sed caput
 ad pennulas retorqueri præcipit, vt ea q̃ dicis,
 facias, & os ad opa cōiūgas. Neq; ita caput ab-
 scindendū est, vt à corpore diuidatur, sed ex p-
 te decisum corpori suo iubetur inherere, q̃a vī-
 delicet mens nostra à carnali delectatione inci-
 denda est, sed à carnis cura necessaria incidēda
 nō est. Hic em̃ scriptū est, Carnis curā ne feceri-
tis in desiderijs. Quæ ergo in desiderijs fieri p-
 hibetur, proculdubio in necessitate cōceditur.
 Quod si hoc sacrificij genus sub typica Redem-
 ptoris nostri intelligentia alius ad contempla-
 tionē requirat, ascendat ergo ad fortiora ani-
 mus, eleuent animalia, vt eleuentur pariter &
 rotæ. Quis enim caput nostrū est, nisi Redem-
 ptor generis humani? de quo scriptū est, Ip̃m
 dedit caput supra omnē Ecc̃iam, quæ est cor-
 pus ipsius. Quem cū ludæi persequerent, no-
 men eius delere de terra conati sunt. Cumq; eū
 crucifixum & sepultū viderūt, hunc se ab amo-
 re omnium diuississe crediderunt, sed caput tur-
 turis est incisum, & tamen à suo corpore diuis-
 sum nō est: quia ex eo, quod pro nobis mortē
 pertulit, omnes nos sibi verius in ipsa sua mor-
 te cōiunxit. Caput ergo turturis incisum inhe-

Rom. .13.

Ephes. 1.

fit corpori, quia pro nobis quidē Redemptor
 noster passus est, sed à nobis separatus per pas-
 sionem nō est. Certē si legentis animū spiritus
 vitę in zeli feruore tetigerit, protinus in sacris
 eloquijs videt, quodd Moyses ad castra rediens Exod. 33.
 & populū per idola peccasse cognoscens, hūc
 per feruorē spiritus gladijs strauit. Quodd Phi- Nume. 25.
 nees persequendo luxuriam iram Domini gla- Act. 5.
 dio placauit. Quodd Petrus sibimet mentientes
 verbo perculit, & occidit. Quodd Paulus negli- 1. Cor. 4.
 gentibus discipulis virga minatur. Si vitę spi-
 ritus legentis animū ad seruādā patientiā tan-
 git, statim sequunt & rotæ, quia in sacris elo-
 quijs inuenit, quodd Moyses & Aarō cū loquē Num. 20.
 res recta persecutionem passi sunt, ad taberna-
 culum cucurrerunt pro ipso populo exoran-
 tes, quem fugiebant. In eisdem eloquijs inue- 1. Reg. 8.
 nit, quodd Samuel de principatus culmine deie-
 ctus, orasse se etiam pro deſicientibus confite-
 tur. Quodd nemo sanctorum ad cælestem glo-
 riam nisi patientiam seruādo peruenit. Quodd
 ipse auctor & Redemptor generis humani spu-
 ra, colaphos, spineam coronam, crucē, lanceā
 pertulit, & tamen pro persecutoribus orauit.
 Si vitę spiritus legentis animum ad studium
 prædicationis excitat, statim sequuntur & ro-
 tæ, quia in sacris eloquijs inuenit, quodd Moy- Exod. 15.
 ses iubente Domino, contra Aegypti regem
 in quātis se prædicationibus liberē verbis ere-
 xit. Quodd Stephanus Iudæis perfidis diceret, Act. 7.
 Vos semper Spiritui sancto resistitis. Nec in-

REGVLÆ

- Act. 5. ter lapides timuit. Quodd Petrus fustibus celsus,
ne in nomine Iesu loqueretur, cum magna li-
bertate respōdit, Obedire magis oportet Deo
Philip. 1. q̄ hominibus. Quodd Paulus catenarū vincu-
lis stringitur, sed tamen verbum Dei nō est alli-
gatum, Si vitæ spiritus ad pœnitentiæ lamēta
compungit, sequuntur protinus rotæ, cū scri-
pturæ sacrae verba David pœnitentiam profe-
rūt. Quodd Rex reprehēsus à Propheta, q̄a sub
iectus cælesti regi non fuit, subiecto increpanti
Luc. 18. nō erubuit confiteri, quid fecit. Quodd Publica-
nus, qui reatum suæ nequitia cognouit, & si
iniustus ad templum venit, iustificatus à tem-
plo redijt. Quodd Petrus negationis maculas
Matth. 26. lacrymis lauit. Quodd latro, qui in cruce cogno-
uit culpam, in ipsa iam morte inuenit veniā.

REGVLÆ CXXXI.

In diuinis scripturis uera aliquando
tacentur nō mentiendo, sed tacēdo.
August. Contra mendacium ad Cō-
sentium. c. x.

EXPLANATIO.

- Quamuis enim omnis, qui mentitur, velit cæ-
lare, quod verū est, non tamen omnis, qui vult
quod verum est cælare, mentitur. Neq̄ enim
Ioan. 16. mētitus est Dominus, vbi ait, Multa habeo vo-
bis dicere, sed non potestis illa portare modo.
Vera tacuit, non falsa loquutus est. Quibus ve-
ris audiendis eos minus idoneos iudicauit.
Quodd si eis hoc ipsum non indicasset, id est nō

eos posse portare, quæ dicere noluit, occultaret nihilominus aliqd veritatis : sed posse hoc rectè fieri forsità nesciremus, aut nō tanto firmaremus exemplo. Vnde qui allerūt, aliquando esse mentiendū, nō cōuenienter commemorant Abraam hoc fecisse de Sara, quā sororem suā dixit. Non enim dixit, Nō est vxor mea, sed Gene. 12.
Soror mea est. Erat enim tam propinqua genere, vt soror nō mendaciter diceretur. Quod & postea iam sibi illo qui abduxerat, ea reddita, confirmauit, respondens illi, & dicens, Et vere soror mea de patre nō, de matre, hoc est, de materno genere, nō de paterno. Non est ergo mendacium, cū silendo absconditur verum, sed cū loquendo promitur falsum. Iacob autem Gene. 27.
quod matre fecit auctore, non est mendacium, sed mysterium. Lege Regulam. iiii.

R E G V L A C X X X I I.

Mos est sacre scripturę futurorum ueritatē in typis præmittere. Hieron. super Daniel. c. xj.

E X P L A N A T I O.

De Domino Saluatore in septuagesimo primo Psalmo dicitur, qui prænotatur Salomonis, & omnia, quæ de eo dicuntur, Salomoni nō valent cōuenire. Neq; em̄ permanfit ille cū sole & añ lunā gñatiōis gñationū, neq; dñatus est à mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis trarū, neq; oēs gētes seruiērūt ei, neq; añ solē pmāsit nomē ei, neq; bñdictę sūt ī ipso oēstrib; terre, neq; oēs gētes magnificauerūt eū,

REGVLÆ

Ex parte autem & quasi in vmbra & imagine veritatis in Salomone præmissa sunt, vt in Domino Salvatore perfectius implerentur. Salomonem igitur & ceteros sanctos in typum aduentus sui præmisit.

REGVLÆ CXXXII.

Apertis sacrarū literarum testimonijs probādum est, quod credi uolumus, & aduersus Ecclesiæ hostes illis utendum. Augusti. cōtra Epistolam Petiliani Donatistæ de unitate Ecclesiæ capitu. xix.

EXPLANATIO.

Ambigua testimonia non minus aduersariorum quàm nostram causam adiuuant. Docemus scripturas Canonicas apertè aliquid dixisse, & vicimus. Vnde quidam hæretici irrisi sunt, quòd testimonijs scripturarum non satis ad suam causam aptis vfi fuerint. Mystica quæ sunt, operta sunt, figurata sunt. Aliqd manifestum, quod interprete non egeat, flagitatur.

REGVLÆ CXXXIII.

Sacra scriptura ea tradit, quæ ad animarum extruccionem nostrarum commodumq; spectant. Ea autem quorum pondus ferre nō ualemus, silentio occultauit. Basilii Hexa. congressione

congressione .ix. & Damascenus li-
bro. j. orthodoxæ fidei. c. j.

EXPLANATIO.

Quoniam qui conscribere de mundo, com-
plura de terræ figuris disseruere, globosa sit,
siue columnæ æmula, siue rotæ per similes te-
reti, siue concaua sit, in alueumq; redacta. Ad
has enim opiniones hi, qui de mundo disserue-
runt, deducti sunt. Suam quisq; comprobans,
cæterorum diluens demoliensq; sententiam,
non ob id ipsum compulsus fuero Moyse mû-
di conscriptionem inferiorem existimare ac di-
cere, quia nihil de figuris seruus Dei Moyses il-
le disseruit. Neq; quia terræ circuitum ducen-
torum quadragintaduûm millium stadiorum
esse non dixit, & vmbra terræ cûm sol moue-
tur sub terra, quantû ad aeris protenditur spa-
tiû, nō est metitus, quoq; modo defectiōes hæc
efficit, cûm in ipsam incidit luna, non assigna-
uit. Quippe cûm ea, quæ nihil ad nos attinent,
vt inutilia nobis prætermisit, ideo inferiora sa-
pientia mundi, quæ stulta iam euasit, sancti
verba Spiritus esse censebo? Quin potius ei
gratias agam, qui nostrâ ab inanibus vanisq;
rebus mentem submouit. Quod cûm non per-
cepissent, vt mihi videtur, nonnulli, deductio-
nibus modisq; conati sunt elegantiam quan-
dam grauitatemq; suis proprijs sententijs his
adiunxisse. Verûm hoc hominis est profecto

REGVLÆ

Spiritus sancti verbis sese sapientio-
rem efficiē-
tis, interpretationisq; prætextu suas sententias
asserentis.

REGVLA CXXXV.

In scriptura sacra quædam cū non
sint, dicuntur tamen, alia cū sint,
non dicuntur, alia neq; sunt, neq; di-
cuntur; alia deniq; & sunt, & dicun-
tur. Gregor. Nazianz. libro quinto.
Theologiæ.

EXPLANATIO.

Horum exempla sunt, Deus cū affectibus non
sit obnoxius, sacra tamē scriptura irasci illum,
dormire, sedere, ambulare dicit. Ergo totū hoc
genus cū nō sit, affingitur ei. Nā pro nostro
captu nostra nomina ad res diuinas traduxi-
mus. Quædā cū sint, nō dicuntur, sed colliguntur.
Quædam nec sunt, nec dicuntur, vt
Deum esse malum. Quædam & sunt, & dicū-
tur, vt Deum esse, & esse misericordem.

REGVLA CXXXVI.

Non omnium librorum sacrae scrip-
turæ tractatio omnibus ætatibus
permittitur apud Hebræos. Grego.
Nazianz. in Apologia. & Hierony.
in Proœmio cōmenta. in Ezechiel.

EXPLANATIO.

Hebræorū seniores tradunt, qd fuerit apud eos

quædam talis antiquitus laudabilis obseruat
tio, vt non omni ætati omnis scriptura vel les
genda, vel discenda cōmitteretur, pro eo q̄ nō
expediret oēs omnia citō. discere: quia nec cape
re possunt oēs omnia, & iccirco lædi eos pos
tius q̄ iuuari, si nondum capaces, ea que sunt
profundiora cognouerint. Sed cætera quidē
omnia, quorū etiam historica narratio impro
babilis non est, à puero statim discunt. Eas ve
rō scripturas, quæ vili indumento literæ pre
ciosa intrinsecus contegunt sacramenta, nulli
ante vigesimū quintū annum discere, aut etiā
scire cōmittitur. Quod scilicet sit hoc velut mu
nus quoddam propositū virtutis his, in quib⁹
ad illud ætatis & vita probabilis, & ornatus
morum, & intelligentiæ capacitas apparebit:
qui vtiq; iam valeant bene & cōfidenter ascen
dere ab inferioribus literæ ad superiora spiri
tus excelsæ. Hierony, vbi suprā. Hebræorū, in
quit, probatur traditio, q̄ nisi quis apud eos
ætatem sacerdotalis ministerij, id est, tricesimū
annū impleuerit nec principia Geneseos, nec
Canticum canticorum, nec Ezechielis exordiū
& finem legere permittitur, ut ad perfectam
scientiam & mysticos intellectus plenū huma
næ naturæ tempus accedat.

REGVLA CXXXVII.

Quosdam libros Ecclesia in Cano
nem librorū sacrorū nō recipit, eos
tamen qui eorum librorū auctores

k ij



dicuntur, uenerantur. Augusti. xviij.

De ciuit De i. c. xxxviij.

EXPLANATIO.

Iud. i.

Ante illud grāde diluuiū noster erat utiq; Noe patriarcha, quē prophetā nō quoq; immerito dixerim. Siquidē ipsa arca, quam fecit, & in qua cū suis euasit, prophetia nostrorū tēporū fuit. Quid Enoch septimus ab Adam, nōne in Canonica epistola Apostoli Iudæ pphetasse p̄dicatur? Quorum scripta ut apud Iudæos & apud nos in auctoritate non essent, nimia fecit antiquitas, ppter quā videbātur habenda esse suspecta, ne proferrentur falsa pro veris. Nam proferuntur quædam, quæ ipsorum esse dicuntur, ab eis, qui pro suo sensu passim quod uolunt, credunt. Multa enim sub nominibus prophetarū, & recentiora sub nominibus Apostolorum ab hæreticis proferuntur, sed ea castitas Canonis nō recipit: non q̄ eorū hominum, qui Deo placuerūt, reproberetur autoritas, sed quod ista esse non credantur ipsorū. Nec mirum debet videri, q̄ suspecta habentur, quæ sub tantæ antiquitatis nomine proferuntur.

REGVLÆ CXXXVIII.

Sacra scriptura quosdam libros citat, qui tamē non inueniuntur in Canone. Cuius rei causa non liquido constat. Augustinus. xviij. De ciuita. capitu. xxxviij.

SACRÆ SCRIP.
EXPLANATIO.

In ipsa historia regū Iudæ & regum Israel, quæ res gestas continet, de quibus eidem scripturæ Canonice credimus, commemorantur plurima, quæ ibi non explicantur, & in libris alijs inueniri dicuntur, quos prophetæ scripserunt. Et alicubi eorum quoq; prophetarum nomina non tacentur, nec tamen inueniuntur in Canone, quæ populus Dei recipit. Cuius rei fateor causa melatet, nisi quod existimo, etiam ipsos, quibus ea, quæ in auctoritate religionis esse deberent, sanctus utiq; Spiritus reuelabat, alia sicut homines historica diligentia, alia sicut prophetas inspiratione diuina scribere potuisse. Atq; hæc ira fuisse distincta, ut illa tanq; ipsis; ista verò tanq; Deo p ipsos loquēti iudicarentur esse tribuēda. Ac sic illa pertinerēt ad vbertatē cognitiōis, hæc ad religiōis auctoritatē: in qua auctoritate custodit Canō, præter quæ, si quæ iam etiam sub nomine verorum prophetarū scripta proferuntur, nec ad ipsam copiā scientiæ valent: quoniā vtrum eorum sint, quorū esse dicuntur, incertum est, & ob hoc eis non adhibetur fides, maxime his, in quibus etiam contra fidem librorum Canonicorum quædam leguntur, propter quod ea prorsus illorum non esse apparet. AVCTOR. Diuus Chrysostomus in Matthæ. capitu. secund. cum testimonium illud scilicet, Quoniam Nazareus vocabitur, citatum ab Euangelista legeret, nec tamen in Veteri Testamēto Græco ha-

REGVLÆ

beretur, putauit per negligentiam Iudæorum & ob continuas eorum captiuitates multos è sacris libros desiderari. Quod nõ Iudæorum captiuitatibus, aut temporũ incuria, sed septuaginta interpretum obliuione, aut librariorum potius negligentia factum, probat Hieronymus, qui locum illum, quem Euāgelista citat, & pleraq; alia ex Hebræorum voluminibus ad nos transtulit, vt ipse scribit. De optimo gener. interpretandi, & in prologo Paralipo. & in Osee, c. ij.

REGVLA CXXXIX.

Mos est scripturarum, & utiq; celeberrimus, uti his uerbis, In diebus illis: non solum cum ad præteritam narrationem aliud tempus adiungitur, uerum etiam cum illa narrat, quæ post multorum annorum spatia contingunt, Chrysostomus. Homi. x. in. c. Matthæ. iij.

EXPLANATIO.

Matt. 24. Cum in monte Oliueti resideret Dominus, & accedentes ad eum sollicitè discipuli, de captiuitate Hierusalem, deq; ipsius sciscitarentur aduentu, & certè nostis, quàm grandi hoc tempus medio diuidatur, cum de vrbs subuersione dixisset, sermonemq; de his disputans res

SACRÆ SCRIP:

minasset, iamq; ad dicendum de mundi fine
transiret: Tunc, inquit, hæc vel illa erunt. Dis-
cendo autem tunc, non vtiq; tempora, quæ
plurimum à se erant discreta, coniunxit, sed il-
lud tantūmodo, quo euentura erant, tempus
notauit, dicens, In diebus illis, Non enim quas
si continuo hæc sequutura monstraret, hic po-
fuit, sed illis, inquit, diebus, in quibus certè ista
contingerent.

REGVLA CXL.

Significatio scripturæ sacræ, quæ nō
videtur necessaria, indaganda est so-
lerti lectori, Augustinus contra Fau-
stum, lib. xij.

EXPLANATIO.

Si quis nostrum, qui Hebræas literas ignoras-
mus, id est, ipsos vocum characteres videret
eas in pariete conscriptas honorato aliquo lo-
co, quis esset tam excors, vt eo modo pictū pa-
rietem putaret, ac non potius intelligeret scrip-
tum, vt si legere non valeret, non tamē illos
apices aliquid significare dubitaret? Ita prius
illa omnia, quæ sunt in Veteri Testamēto scrip-
pturarum sanctarum quisquis non peruerso
animo legerit, sic oportet moueatur, vt ali-
quid ea significare non ambigat. Verbi enim
gratia: Nunquid si oportebat adiutorium Gene. 2.
viro foeminam fieri, etiam hoc necessitas
vlla cogebat, vel vlla suadebat vtilitas,
k iij

vt de dormientis latere fieret: Si causa euadendi diluuij opus erat fabricari arcā, quid opus erat mensurase eius, aut ipsas porissimū fieri, aut
Gene. 6. etiā scriptis ad religionē posteritati propagandis commemorari: Si ppter genus reparandū animalia includi oportebat, quid opus erat illo porissimū numero septena de mundis, bina de imundis: Aditū ad arcā fieri necessitas vtiq; cogebat, in latere aut fieri, vel etiam memoriæ
Gene. 22. cōmendari p literas quid cogebat: Immolare filiū iubetur Abrahā: iussus hoc fuerit, vt eius obedientia tali etiā examine probata posteris innotesceret, cōuenientius ligna portauerit filius, ne pater senexq; portaret. Nō sit postea filium ferire permissus, ne orbitate grauissima se feriret. Nunqd etiā si nullo effuso sanguine rediretur, minus esset probatus Abrahā: Aut si iam opus erat perfici sacrificium, etiam ne vt ille aries in vepre adhærens cornibus, appareat, ad vllum augmentū victimæ pertinebat: Sic oīa cū considerantur, & quasi superflua necessarijs contexta inueniuntur, admonent humanum animū, id est, animam rationālē prius aliqd significare, deinde quid significet q̄rere.

Hanc cōsuetudinem in pluribus locis scripturā conseruat, ut Hebraicū nomen cum interpretatione sua ponat. Hiero. in. c. iij. Epistolę ad Gal.

SACRÆ SCRIP.

EXPLANATIO.

Bartimæus filius Timæi, Afer diuitiæ, Thabî
ta Dorcas. Et in Genesi Mefech vernacul⁹, Ab
ba pater, & cætera his similia.

REGVLA CXLII.

Mos est scripturarū, semper aduer
sis læta subiungere, & postquàm tri
stia comminatus fuerit, ad pœniten
tiā eos, quos terruit, prouocat. Rur
sus negligētes & nolentes agere pœ
nitentiam comminatione deterret,
ne bonitas Dei induret cor nostrū.
Hierony. ij. commentar. in Ose. c. v.
& .vj. commen. Esai. c. xvj.

EXPLANATIO.

In Esaia legimus, Væ gens peccatrix, popu⁹ ^{Esa. 1.}
lus plenus delictis, semē pessimum, filij iniqui:
cūq; dixisset, Terra vestra deserta, ciuitates ve
stræ igne consumptæ, regiones vestras coram
vobis alieni comedunt: loquitur ad eos maio
ra promittens. Lauamini mundi estote, au
ferite malitias vestras ab animis vestris, discite
benefacere, quærite iudicium, iudicate pupil
lum, iustificate viduam, & venite disputemus,
dicit Dominus: vt quos seuera voce terruerat,
blanda voce sustentat. Et in centesimoquadra
gesimoquarto Psalmo legimus, Suavis domi
nus vniuersis, & miserationes eius super omē

REGVLÆ

nia opera illius. Et paulo pòst, Sustērat Domi-
nus omnes, qui corruunt, & erigit omnes elis-
sos. Cumq̃ premisisset, Custodit Dominus om-
nes diligentes se: ne negligentem faceret audia-
torem, intulit, Et omnes peccatores disperdet.

REGVLA CXLIII.

Norma est sacrarum literarum, ut
deficientibus uiris sanctis, mulieres
in uirorum laudentur opprobria.
Hierony. aduersus Iouinianū. lib. j.

REGVLA CXLIIII.

Quomodo in his nostris literis nō
potest quis ad legenda uerba texen-
daq̃ procedere, nisi prius ab elemen-
tis cœperit: ita in scripturis diuinis
nō ualemus ea quę maiora sunt nos-
se, nisi ab ethica in ipsis habuerimus
exordium. Hieron. in procemio La-
menta. Hierem.

EXPLANATIO.

Psalmus.

Sic enim Propheta ait, A mandatis tuis intelle-
xi. uidelicet post opera cœpit habere scientiam
secretorum.

REGVLA CXLV.

Mos est sacri eloqui, ut ipsi qui scri-

SACRÆSCRIP.

bunt, sic de se in illo quasi de alijs lo-
quantur. Greg. in Prefatione in Iob.
capi. secundo.

EXPLANATIO.

Moyſes enim de ſe ait, Erat Moyſes mitiſſimus ^{Num. 22.}
ſuper omnes homines, qui morabantur in ter-
ra. Hinc Ioannes dicit, Hic eſt diſcipulus ille, ^{Ioan. 19.}
quē diligebat Ieſus. Hinc Lucas ait, quōd cū
ambularent duo ex diſcipulis in via, Cleophas ^{Luc. 24.}
& alius. Quem proſectō alium dum tam ſtu-
dioſe tacuit, vt quidam dicunt, niſi ſe ipſum
ſuiſſe monſtrauit. Scriptores igitur ſacri elo-
qui quia impulſu ſancti Spiritus agitantur,
ſic de ſe in illo teſtimonium quaſi de alijs pro-
ferunt. Spiritus ergo ſanctus per Moyſen locu-
tus eſt de Moyſe, Paulus quoq; quia non de ſe ^{2. Cor. 13.}
ipſo loqueretur, inſinuat, dicens, An experi-
mentum quæritis eius, qui in me loquitur
Chriſtus?

REGVLA CXLVI.

Nonnulla omittit ſacra ſcriptura,
quæ tamen uera ratione creduntur.
Auguſtinus de Aſſumptione bea-
tæ Mariæ.

EXPLANATIO.

Nihil ſcriptura de Melchizedech ſacerdotis dei

REGVLÆ

iustitia loquitur, cū ipsa præcessisse ante lau-
dis merita cognoscat. Nihil de Heli & Enoch,
postq̃ rapti sunt, vitæ felicitate cōmendat, cū
etis liquidē scientibus, eos beatē viuere, quos
Dominus hinc in futurū saluādos voluit rape,

REGVLÆ CXLVII.

Fœminarum res gestæ scriptæ in sa-
cris codicibus non sunt, exceptis il-
lis, quæ tanta fecerunt, ut absq̃ illa-
rum cōmemoratione nō potuerint
conscribi memorabilia gesta uiro-
rū. Rupert. abb. in Micheæ. c. vii.

EXPLANATIO.

3. Reg. 16.
deinceps.

Idcirco quæ Iezabel & Athalia filia eius gesses-
runt mala in Israel, conscripta sunt, quia maxi-
mæ fuerunt causæ tempestatum fœminæ illæ,
in quibus viri naufragium fecerunt.

REGVLÆ CXLVIII.

Hoc in omnibus scripturis sanctis
obseruare debemus. Vbi uidet̃ ali-
qua similitudo esse sententiæ, nō in
omnibus eadem dici, sed uel subtra-
hi pleraq̃ uel addi, & singulorum in-
ter se uerborum discrepantiam ha-
bere rationem. Hieronymus in .c.
xxxiiij. Ezech.

EXPLANATIO.

AUCTOR. Huius regulæ exemplū habes

SACRÆ SCRIP:

In Ezechiele propheta. Qui cū capite tertio dicat, Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel, & cætera quæ sequuntur: rursus eadem repetere videt̃ capite trigesimo tertio. Admonet igitur regula, vt si aliqua duo loca occurrant, quæ videantur similia, nos discutiamus, in quo discrepent, aut consentiant.

R E G V L A C X L I X.

Nemo ex omnibus sanctis inuenitur diem festum uel conuiuium magnum egisse in die natalis sui, præter Pharaonem & Herodē. Nemo inuenitur habuisse lætitiā in die natalis filij uel filiæ suæ. Soli pctōres sup huiusmodi natiuitate lætantur. Sancti uerò non solum nō agunt festiuitatē in die natalis sui, sed & Spiritu sancto repleti execrantur hunc diem. Origen. in Leuit. homi. viij. & Hierony. in Matthæ. c. xiiij.

E X P L A N A T I O.

Solus Pharaon & Herodes diem natalis sui cum festiuitate celebrant, vt quorū erat par impietas, esset & vna solennitas. Origen. Vterq; tamē eorum ipsam festiuitatem natalis sui pfusione humani sanguinis cruentauit. Ille enim præpositum pistorum, hic sanctum propheta

Gen. 43.
Math. 24.

Ioannē obtruncauit in carcere. Neq; enim talis ac tantus propheta, Hieremiam dico, qui in utero matris sanctificatus est, & ppheta in gentibus consecratus, libris in æternum mansuris aliquid inaniter cōdidisset, nisi secretū quid cōtineret, & ingentibus mysterijs plenum, vbi dicit, *Hier. 20.* Maledictus dies in quo natus sum, et nox in qua dixerunt, Ecce masculus. Maledictus qui annūciauit patri meo, dicēs, Natus est tibi masculus, Lætetur homo ille, sicut ciuitates, quas Dominus destruxit in furore, & nō pœnituit. Videtur tibi hæc tam grauia & onerosa imprecari pphetā potuisse, nisi sciret esse aliquid in ista natiuitate corporea, quod & huiusmodi maledictionis videret, & pro quo legislator tot immunditias accusaret, quibus congruas purificationes imponeret. Sed & Iob non sine Spiritu sancto loquēs, maledicebat diem natiuitatis suæ, dicens, *Iob, 3.* Maledicta dies, in qua natus sum, & nox in qua dixerūt, Ecce masculus. Nox illa sit tenebræ, & non requirat illam Dominus denuo, neq; veniat in dies anni, nec numeretur inter dies mensium. Quod si tibi nō videtur hæc Iob prophetico & diuino spiritu loqui, ex his considera, quæ sequuntur. Addidit enim, Sed maledicat eam, qui maledixit illam diem, in quo magnū cœtum interempturus est. Quod si placet audire, quid etiam alij sancti de ista natiuitate senserunt, audi David dicentem, In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis cōcepit me mater mea, Ostendens,

SACRÆ SCRIP.

quodd quæcuncq; anima in carne nascitur, ini-
quitatis & peccati sorde polluitur. Et ideo nō
est gaudio aut cōiuijs celebrādus natalis dies.

REGVLA CL.

Interrogationes quædam in sacris
literis, quæ negationem inferre uidē-
tur, non sunt negatiuè intelligendæ.
Ambrosius. De pœnitent. libr. j. ca-
pitulo octauo.

EXPLANATIO.

Scriptum est, Si peccauerit homo in hominē, ^{1. Reg. 2.}
orabunt pro eo ad Dominum. Si autē in Do-
minum peccauerit homo, quis orabit pro eo?
Nō enim scriptum est, Nullus orabit pro eo,
sed Quis orabit? hoc est, Quis ille sit qui in tali
causa orare possit? Quæritur, non excluditur.
Deniq; habes in Psalmo quartodecimo, Do-
mine, quis habitauit in tabernaculo tuo, aut
quis quiescet in mōte sancto tuo? Non enim
nullus, sed probatus habitabit: nec hoc dicit,
quodd nemo quiescat, sed quiescat electus,
vt scias hoc esse verum, quod non multo post
in Psalmo vigesimo tertio ait, Quis ascēdet in
montem Domini, aut quis stabit in monte san-
cto eius? Id est, non quicuncq; de vulgo, nec ple-
beix vilitatis aliquis, sed vitę egregiæ singula-
risq; meriti. Et vt scias, quia cū dicitur, Quis
non intelligitur nullus, sed aliquis significat,
Cū dixisset, Quis ascēdet ī mōtē Dñi: subiicit,

Ose. 14. Innocens manibus, & mundo corde, qui non
 Luc. 12. accepit in uanum animam suam, & alibi, Quis
 sapiens & intelliget hæc? Nunquid dicit, quia
 nullus intelliget? & in Euangelio, Quis fidelis
 dispensator & prudens, quem constituet do-
 minus super familiam suam, ut det illis in tem-
 pore tritici mensuram? Et ut comprehendas,
 quia de eo dixit, qui utiq; est, nō de eo, qui nō
 est, subiungit, Beatus ille seruus, quem cum ve-
 nerit dominus, inuenerit sic facientem. Et illud
 Psal. 32. ita opinor dictum, Deus quis similis tibi?
 Non utiq; nullus: quia imago patris filius est.
 AVCTOR. Diuus Hieronymus quæ agno-
 scat hoc sanctæ scripturæ idioma in eo sensu,
 quo Ambrosius tradit, aliquando tamen in-
 ueniri interrogationes dicit, quæ negatio-
 nem & impossibile inferāt, ut illud Apostoli,
 Rom. 8. Quis nos separauit à charitate Christi? Et il-
 lud Abacuc, Abac. 1. Quid prodest sculptile, qui scul-
 pfit illud fictor suus? In utroq; enim testimo-
 nio impossibilitas demonstratur, q̄ nec Apo-
 stoli charitatem vlla tribulatio & angustia di-
 uidere possit à Christo, nec in idolis sit vlla uti-
 litas. Hæc Hieronymus in. 1. c. Abacuc pphetæ.

REGVLÆ CLI.

Libri quidem sacrae scripturæ sui au-
 ctoris nomen habent, quidam non
 habent. Chrysosto. in Episto. ad Ro-
 ma. Homilia. j.

Explanatio,

SACRÆ SCRIP.
EXPLANATIO.

Moyſes libris quinque à ſe ſcriptis nuſque nomen ſuum addidit, neque qui illum ſubſequuti, quæ poſt illum geſta ſunt, ſcripſere. Sed neque Matthæus, neque Ioannes, non Marcus, non Lucas. At beatus Paulus ubique epiſtolarum ſuarum nomen ſuum præponit. Quid itaque Quod illi quidem præſenibus ſcribebant, atque ſuperuacanea illis erat præſentiæ ſuæ declaratione. Paulus autem eſt longinquo literas mittebar, & ſub epiſtolari figura: iccirco neceſſaria erat nominis additio. Quod ſi in ea, quàm ad Hebræos ſcripſit epiſtola, ſecus facit, id ſuo quodam proprio conſilio facit. Nam quæ inimico eſſent Hebræi ergo illum animo, ut ne eſt procemius audito eius nomine ſermoni adiutorium occluderent, illorum audientiam occultanda nominis ſui declaratione artiſcioſè cæparer. Quod ſi Prophetæ nomina ſua appoſuere, & Salomon, id vobis inueſtigandum reſlinquo: qua de cauſa alij quidem appoſuere, alij autem non appoſuere.

REGVLA CLII.

Scriptura ſacra hanc habet conſuetudinem, ut omnes reges Veteris Teſtamenti mortuos referat & ſepultos, præter Ioachim filium Joſiæ. Hierony. in Hieremi. capitulo uiceſimo ſecundo.

REGVLÆ
EXPLANATIO.

4.Reg.24 Ioachim Iosia filium Nechao Pharaos rex Aegypti constituit regem Iudæ pro Ioachaz fratrem suo, quem vinctum duxit in Aegyptum, quem legimus in Regum & Paralipomenon historia vndecim annis regnasse in Hierusalem, & regnasse crudeliter, & extitisse impium & postea mortuum, nec tamē eius sepultura narratur. Quem interfectum à latrunculis Chaldaeorum Syriæ Amonitarum & Moabitarum Hebraea narrat historia. Vnde & in Malachim mortuus scribitur, & sepultus tacetur. Pulchre autem sepultura asini dicit Esaias sepeliendum, vt alijs verbis significet insepultum, hoc est à bestijs auibuscq; lacerandum. Hæc est enim asini sepultura.

REGVLA CLIII.

Tota scriptura sacra unus liber dicitur, quia uno spiritu scripta est. Hieronymus, in Esai. c. xxix. & hic liber sacrae scripturæ intus scriptus est per allegoriam, foris per historiam. Gregorius super Ezechielem, Homilia nona.

EXPLANATIO.

Ezech.2. De hoc vno libro Ezechiel mystico sermone testatur, qd scriptus fuerit intus & foris, in spiritu

& in litera. De quo & Saluator loquitur in
 Psalmis, In capitulo libri scriptū est de me. Nō
 Hieremiæ, non Esaïæ, sed in omni scriptura Psal. 139.
 sancta, quæ vnus liber appellatur. Et Augusti-
 nus in Psalmū, 150. Sunt, inquit, qui vniuersas
 omnino scripturas Canonicas vnum librum
 vocent, q̄ valde mirabili & diuina vnitae cō-
 cordent. Grego. vbi supra, Intus, inquit, scrip-
 ptus per spiritalem intellectum, foris autē per
 sensum literæ simplicem infirmantibus cōgruē-
 tem. intus quia inuisibilia p̄mittit: foris, quia
 visibilia præceptorum suorum rectitudinem
 disponit, intus quia cælestia pollicetur: foris
 autem, quia terrena contemptibilia qualiter
 sint vel in vsu habenda, vel ex desiderio fugiē-
 da, præcipit. Alia nanq̄ de secretis cælestibus lo-
 quitur, alia verò in exterioribus actionibus iu-
 bet. Et ea quidem, quæ foris præcipit, parent:
 sed illa q̄ de internis narrat, pene apprehēdi nē-
 queūt. Vnde scriptū est, Extēdēs cælū sicut pel- Psal. 104.
lē, q̄ regis aquis supertora eius. Quid em̄ cæli
 nomine, nisi sacra scriptura signat, de qua no-
 bis est sol sapientiæ, & luna scientiæ, & ex an-
 tiquis patribus stellæ exemplorum atq̄ virtu-
 tum lucent. Quid verò aquarum nomine,
 nisi sanctissimi angelorum significantur cho-
 ri: De quibus scriptum est, Et aquæ super cēlos Psal. 149.
sunt, laudent nomen Domini. Huius ergo
 superiora Dominus aquis regit, quia alta sa-
 cra eloquij, id est, ea, quæ de natura diui-
 nitatis vel de æternis gaudijs narrat, nobis

REGVLÆ

adhuc nescientibus, solis angelis in secreto sunt cognita. Cælum ergo hoc & coram nobis extenditur, & tamen aquis superiora eius conteguntur, quia & quædam sacri eloquii iam nobis per apertionem Spiritus patent, & quædam, quæ solis angelis possunt esse manifestæ, nobis adhuc seruantur occulta.

REGVLA CLIIII.

Cum ea, quæ non accidunt Deo, tanquam illi accidant, loquimur, eum facere agnoscimus, ut nobis accidant ea duntaxat, quæ laudabilia sunt. Et hoc quantum scripturarum usus admittit. Augusti. iiii. De Gen. ad litteram, capi. ix.

EXPLANATIO.

Sicut rectè dicitur Deus facere, quicquid ipso in nobis operante, fecerimus: ita rectè dicitur requiescere, cum eius munere requiescimus. Hoc quidè rectè intelligimus, quia & verum est, & non magna intentione indiget, ut videamur ita dicere, requiescere Deum, cum nos requiescere facit: sicut dicitur cognoscere, cum efficit, ut cognoscamus. Neque enim Deus temporaliter cognoscit, quod antea non nouerat, & ita

men dicit ad Abraham, Nunc cognoui, quod ^{Gene. 22, 1}
 niam times Deum. Vbi quid aliud accipimus,
 nisi nunc feci, vt cognosceretur? Et hoc loqu
 tionis modo arbitror dictum illud ab Apostolo ^{Eph. 4}
 lo, Nolite contristare Spiritum sanctum Dei,
 in quo signati estis in die redemptionis. Neq
 enim ipsa Spiritus sancti qua est, quicquid est,
 substantia, contristari potest, cum habeat æter
 nam atq; incommutabilem beatitudinem, ma
 gisq; sit ipsa æterna & incommutabilis beatis
 tudo. Sed quia ita in sanctis habitat, vt eos im
 pleat charitate, qua necesse est, vt homines ex
 tempore gaudeant profectu fidelium, & bonis
 operibus, & ideo necesse est, etiam contristent
 tur lapsu vel peccatis eorum, de quorum fide
 ac pietate gaudebant. Quæ tristitia laudabilis
 est, quia venit ex dilectione, quam Spiritus
 sanctus infundit. Propterea ipse Spiritus dicit
 tur contristari ab eis, qui sic agunt, vt eorum
 factis contristentur sancti non ob aliud, nisi
 quia Spiritum sanctum habent. Hoc genere lo
 quutionis rursus idem Apostolus mirabiliter
 vsus est, vbi ait, Nunc autem cognoscentes
 Deum, imò cogniti ab eo. Neque enim tunc ^{Gala. 4.}
 eos cognouerat Deus, præcognitos videlicet
 ante constitutionem mundi: sed quia
 tunc ipsi eum illius munere, non suo meri
 to vel facultate cognouerant, maluit tropice
 loqui, vt tunc ab illo cognitos diceret, cum eis
 cognoscendum se præstitit.

REGVLÆ
REGVLÆ GLV.

Deus in sacra scriptura aliquando
nuncupatiuè, aliquando essentiali-
ter dicitur. Gregori. super Ezechie.
Homil. viij.

EXPLANATIO.

Gene. 6. Nuncupatiuè enim dicitur, sicut scriptum est,
Ezod. 22. Ecce constitui te Deum Pharaonis. Et sicut
Ezod. 22. Moyses ait, Si quis hoc vel illud fecerit, appli-
Psal. 82. ca illum ad deos, videlicet ad sacerdotes. Qui
rursum dicit, Dñs non detrahes, id est, sacerdos
tibus. Et sicut Psalmista ait, Deus stetit in syna-
goga deorum, in medio autem deos discernit.
Exo. 3. Essentialiter autē Deus dicitur, sicut ad Moysen
dicitur, Ego sum Deus patris tui, Deus
Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. Vnde Pau-
lus Apostolus volens nuncupatiuum Dei no-
mē ab essentiali discernere, de Redemptore no-
Roma. 9. stro loquutus est, dicens, Quorum patres ex
quibus Christus secundum carnem, qui est sus-
per omnia Deus benedictus in secula. Qui em
nuncupatiuè dicitur, Deus inter omnia: qui
verò essentialiter, Deus super omnia. Ut ergo
ostenderet Christum naturaliter Deum, non
hunc Deum tantummodo, sed Deum super
omnia esse memorauit: quia & electus quisq;
sicut præmissimus, vel in exemplo iustitiæ præ

SACRÆ SCRIP.

rogando positus, dici Deus potest, sed inter omnia: quoniam nuncupatiue Deus. Christus autem Deus super omnia, quia naturaliter Deus.

REGVLA CLVI.

Non est consuetudo scripturarum sanctarum, ut mulierum in generationibus ordo texatur. Hierony. in Matthæ. c. j.

REGVLA CLVII.

Moris est scripturarum, quamuis plures libros, si inter se non discrepent, & de eadem re scribuntur, unum uolumen dicere. Hierony. in Ecclesiast. c. ultimo.

EXPLANATIO.

Siquidem & Euangelium, & Lex Domini imae Psal. 13.
culata conuertens animas, singulariter appellatur, cum plura Euangelia, & multa sint mandata Legis: sic & volumen in Esaïæ sermone signatum, omnis scriptura diuina est. Et vno capitulo libri Ezechiel Ioannesq; vescuuntur. Saluator quoq; omniū retro sanctorum vocibus prophetaus ait, In capitulo libri scriptum est de me. Quicquid ergo dixeris, si ad eum referatur qui in principio erat apud Deum, & Deus erat verbum: vnum volumen est, &

REGVLÆ

innumerabiles libri, vna lex, vnum Euangeliū
nominant. Quodd si diuersa discrepantia dispu
taueris, & curiositate nimia huc atq; illuc ani
mum diduxeris, etiam in vno libro multi libri
sunt. Vnde dictum est, Ex multiloquio non es
fugies peccatum.

REGVLÆ CLVIII.

Amari prius à nobis sacra scriptura
debet q̃ disci. Vnde à multis, q̃a aut
oderunt, aut non amant, nō intelli
gitur. Augustinus De utilitate cre
dendi, c. vj.

EXPLANATIO.

Quis enim sibi vnq̃ libros Aristotelis recon
ditos & obscuros ab eius inimico exponēdos
putauit? Vt de his loquar disciplinis, in quib?
lector fortasse sine sacrilegio labi potest. Quis
em̃ geometricas literas Archimedis legeremas
gistro Epicuro aut discere valuit? contra quas
ille multum pertinaciter nihil earū, quantum
arbitror, intelligens differebat. An istæ scriptu
ræ legis planissimæ sunt, in quas isti quasi vul
go expositas impetum faciunt frustra & inani
ter? Qui mihi similes videntur illi mulierculæ,
quā iidem ipsi solent deridere, quę irata, quodd
ei sol iste laudaretur, & a Manichæa quadā for
mina colendus cōmendaretur, vt erat religiosē
simplex, concita exiliuit, & cum locum, quem
sol per fenestram illustrauerat, crebro pede p
cutiens, Ecce solem deumq; tuum calco, clama

*ellum
muhazm
2 epem
plum*

re coepit. Tales videntur isti, qui ea, quæ nō intelligunt, aut curant omnino qualia sunt, quæ ut iacentibus similia, subtilia tamen intelligentibus atq; diuina, magno impetu oratiōis maledictisq; lacerantes, aliquid se proficere existimant.

REGVLA CLIX.

Sacræ scripturæ obscuritas cū diuersas sentētias pariat, vtilis est. August. xj. De ciuit. Dei. c. xix.

EXPLANATIO.

Dum em̄ alius sic, alius sic intelligit, ita tamen vt quod in obscuro loco intelligitur, vel attestatione rerū manifestarum, vel alijs locis minime dubijs asseratur, ad idq; pueniatur, quod sensit ille, qui scripsit, siue id lateat, sed ex occasione tractandæ profundæ obscuritatis alia quædam vera dicantur, non mihi videtur ab operibus Dei absurda sententia.

REGVLA CLX.

Quando rectus sensus sacræ scripturæ alium exitum non potest inuenire nisi additione aliqua, addendum aliquid est, ut intelligatur. Augusti. xiiij. De ciuit. Dei c. viij.

EXPLANATIO.

In Euangelio scriptum est, Quæcunq; vultis, Matth. 7. vt faciant vobis homines, hæc & vos facite illis.

ita. Lex moralis. quod tibi (e. o. contrario) tu non vis
(quod id est hoc iur.) illi fac, ne caueo-

lis. Vbi nonnulli addiderūt bona, & ita interpretati sunt. Cauendum enim putauerunt, ne quisq; inhonesta velit sibi fieri ab hominibus, si & illis ipse faciat similia, hoc præceptū existimet impleturū. Sed in Græco Euangelio, vnde Latinum translātū est, nō legitur bona, sed quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, hæc facite illis. Credo ppter ea, qā in eo quod dixit, vultis, iam voluit intelligi bona. Nō em̄ ait, cupitis, sed vultis. Non ramen semper his proprietatibus locutio nostra frænāda est, sed interdum his vtendum est. Hieronymus de optim. genere interpretandi, Nec solum interpretes aliq, sed etiam septuaginta, & Euangelistæ, & Apostoli idem in sacris voluminibus fecerūt. Legimus in Marco dicentem Dominum, Tabita cumi, statim subiectū est, Quod interpretatur, Puella, tibi dico, surge. Sed vt ἡ ἡσυχία ^{hē hēsiā} faceret, & sensum vocātis atq; imperātis exprimeret, addidit, Tibi dico. A V C T O R. Et in Actibus Apostolorum, Sed expectarent promissionem Patris, quam audistis, inquit, per os meum. Inquit, de suo addidit interpretes, vt amphibologiam vitaret.

Marc. 5.

Act. 1.

REGVLA CLXI.

Non sanè omnia, quæ gesta narrantur in sanctis literis aliquid etiam significare putanda sunt. Sed ppter

illa, quæ aliquid significāt, etiam ea,
quæ nihil significant, attexunt. Au-
gusti. xvj. De ciuit. Dei. c. ij.

EXPLANATIO.

Solo vomere terra prōscinditur, sed vt hoc fie-
ri possit, etiam cætera aratri membra sunt ne-
cessaria. Et soli nerui in citharis atq; huiusmo-
di vasis nusicis aptātur ad cantum, sed vt apta-
ri possint, insunt & cætera in compaginibus
organorū, quæ nō percutiuntur à canentibus,
sed ea q̄ percussa sonant, his cōnectūtur. Ita in
prophetica historia dicuntur & aliqua, quæ ni-
hil significant, sed quibus adhæreant, quæ si-
gnificant, & quodammodo religuntur.

REGVLA CLXII.

Nusq̃ in tota Veteris Testamenti
serie reperimus angelos, qui tam se-
dulò patribus apparuerunt, cum lu-
ce apparuisse, nisi ea nocte, qua Chri-
stus natus est. Beda in Homilia su-
per Euangelium, Pastores loque-
bantur.

REGVLA CLXIII.

Hāc habet cōsuetudinē scriptura sa-

REGVLÆ

cra, ut omnes Psalmi, qui cuius sint
titulum nō habent, his deputentur,
quorum in prioribus Psalmis nomi
na continentur. Hierony. in explana
tiōe Psalmi. xcix. ad Cyprianū pre
sbyterum. et in Præfatione in Mala
chiam prophetam.

REGVLÆ CLXIIII.

Oportet nos spiritalē intelligētiam
sub Psalmorū quadā rerum gestarū
cōmemoratione sectari. Nō tamen
iuxta textū historiæ Psalmorū ordo
requirendus est. Hilari. in Psalmū
cxix. & Hierony. in. v. comentario
rum in Hierem. c. xxv.

EXPLANATIO.

In plerisque Psalmis multa secundū historiæ or
dinē in superscriptionibus eorū esse edita legi
mus, vt cū fugit Dauid à facie filij sui Absalō,
cū mutauit vultū suū coram Abimelech, cū p
pter Bersabee ab Nathā moneat: & in reliquis,
sicubi gestorū veritas in ipsis Psalmorū titulis
continet. Sed meminisse nos oportet, hos eos
dem Psalmos non omnes corporaliter intelli
gendos: quia his corporalium negotiorum si
gnificatio antefertur.

David primus in Psalmis promissa
cælestia, aut poenas ignis æternas
manifestis uerbis enūtiavit. Rupert
ti abbatis super Osee. c. vii.

EXPLANATIO.

Apud Moſen fere nuſq̃ inuenias promiſſiões
paradiſi vel regnum Dei, neq̃ cōminationes
inferni nominibus manifeſtis, præter locū vnū
in cātico Deuteronomij, vbi ſic dicit, Ignis ac
census eſt in ira mea, & ardebit vſq̃ ad inferni Deut. 32.
nouiffima. Omnia clauſa ſunt ſub figuris. Et
bona quidem æterna ſub nomine terræ Cha
naan, terræ quaſi lacte & melle manantis.
Mala verò ſempiterna ſub nominibus famis,
peſtilentię, gladij, malarumq̃ beſtiarum red
denda ſignificat pro meritis.

REGVLA CLXVI.

Solis David & Micheæ pphetæ re
uelatus eſt locus, ubi Chriſtus na
ſciturus erat. Ruperti Abbatis in p
logo ſuper Miche.

EXPLANATIO.

David quippe ait, Si introiero in tabernaculū Pſalm. 132.
domus meę, ſi aſcendero in lectū ſtrati mei: Si
dederō ſomnū oculis meis, & palpebris meis
dormitationē, donec inueniā locū, Dnō. & ſub
dit, Ecce audiui eum in Ephrata. Ephrata Gen. 35.
autē ipſa eſt Bethleē, vt Geneſeos liber oſtēdit.
In quo ſcriptura cōmemorat, Mortua eſt Ra

REGVLA

chel, et sepulta est in via Ephrata, hoc est, Beth
leem. Micheas vero ait, In Bethleem Ephra
ta paruulus es in milibus Iuda. Ex te mihi egre
diatur, qui sit dominator in Israel.

REGVLA CLXVII.

Crastinum in scripturis sanctis futu
rum tempus significat. Hierony. in
Epist. ad Amandum.

EXPLANATIO.

Gene. 30. Iacob in Genesi loquitur, Exaudiet me cras ius
sitia mea. Et vbi altare extruitur à duabus tri
bus Ruben & Gad, & dimidia tribu Manaf
se, & à cuncto Israel, adeas legatio mittitur, cū
Iosue. 22. Phinees pontifici respondissent, iccirco se alta
re fecisse, ne cras filiis suis colendi Deum posses
sio denegaretur. Et multa istiusmodi in Vete
ri reperiis Instrumento.

REGVLA CXLVIII

Secundum Hebræorum idioma in
fans uocatur omnis filius ad compa
rationem parentū. Hierony. in que
stionib. in Gene.

EXPLANATIO.

Gen. 21. Id Ismael exemplo probatur, qui cū esset des
cem & octo annis maior, cū eiectus est de do
mo Abraham cū matre Agar, puer seu infans
appellatur.

Omnes pro multis, & multi pro omnibus frequenter in sacris literis ponuntur. Augustinus contra Iulianum Pelagianum lib. vj. c. xij.

EXPLANATIO.

Dominus ad Abraham loquitur, Patrem multarum gentium posui te. Est autem sanus intellectus, ideo sic loquitur scripturā, quia possunt esse aliqua oīa, quæ non sunt multa. Sicut oīa dicimus Evangelia, et tamen breui numero, id est, quaternario continentur. Et rursus possunt aliqua esse multa, non tamen omnia; sicut multos dicimus credere in Christum, non tamen omnes credunt. Quia nō omnium est fides, ait Apostolus. Quod autem dictum est, In semine tuo benedicentur omnes gentes, & Patrem multarum gentium posui te: easdem omnes multas, & easdem multas omnes, monstratum est. Ita etiam quod dictum est, Per vnum in omnes intrasse peccatum, & postea per vnus in obedientiam peccatores constitutos multos; ipsi sunt multi, qui & omnes. Similiter cū dictum est, Per vnus obedientiam iusti constituntur multi, non aliquibus exceptis, sed eosdem multos omnes oportet intelligi: non quia omnes homines iustificantur in Christo, sed quia omnes qui iustificantur, nō aliter possunt iustificari quā in Christo. Sicut pollus.

Gene. 17.

Gen. 17.

Gen. 17.

mus dicere, in aliquam domū intrare omnes, non quia omnes homines intrant in eandem domū, sed quia nemo intrat nisi per illam. Hierony. in. v. commētarij. in Esaiam, Idioma est sacra scripturæ, vt omnem terram illius significet prouinciæ, de qua sermo est. Quod quidā non intelligentes, ad totum terrarum orbem trahunt,

REGVLA CLXX.

Auditus, & auribus percipere, in scripturis sanctis non est iste, qui ad aures sonat, sed qui corde percipitur. Hieronymus in secundo capitulo Ioel, prophetæ.

EXPLANATIO.

- Luc. 9.** Dominus loquitur in Euangelio, Qui habet aures audiendi, audiat. Quod autē dicitur Hebraicè Haazenu, Græcè, ἐκαστος ἀκούτω, & Latinè sonat auribus percipite, propriè nō aures sed corde percipitur. Qui senes sunt & cælestes, audiunt spiritualiter: qui autem habitāt in terra, appellanturq; terreni, auribus percipiunt. Vbiq; autem hæc duo verba ponuntur, non ad simplicem tamen verborum sonum, sed ad reconditam quoq; dictorum intelligentiam pertinere intelligendum est. In Genesi Lamech loquitur ad vxores suas, Audite verba mea vxores Lamech, auribus percipite sermones meos, quia virum occidi in vulnus meum, & iuuenem in liuore

liuore meo. Et Esaias, Audite cæli, & auribus ^{Esai. 66.} percipite terra.

REGVLA CLXXI.

Donec, seu usq; dupliciter intelligitur in sanctis literis. Sæpe enim ex idiomate sacrae scripturae certum tempus in eius assumptione significat, & sæpe infinitum. Hierony. aduersus Heluidium.

EXPLANATIO.

De primo ubiq; occurrunt exempla. De secundo intelligendum est quod dicitur, Ego sum, Ego sum, & donec senescatis, ego sum. Nunquid postq; senuerint, Deus esse desisteret? Et Saluator in Euāgelio, Ecce ego, inquit, vobiscum sum usq; ad cōsummationē seculi, Ergo post cōsummationē seculi à discipulis suis Dominus abscederet? Et tunc quando duodecim soli iudicaturi sunt duodecim tribus Israel, domini consortio fraudabunt? Paulus quoq; Apostolus Corinthiis scribens, Primitiæ, ait, Christus, deinde hi qui sunt Christi, qui in aduentū eius crediderunt: deinde finis, cū tradiderit regnum Deo & Patri, cū destruxerit omnem principatum, & omnem potestatem & virtutem, oportet illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius, Omnia enim sub pedibus eius subiecit. Esto de homine dictum sit, nō ne

m

Pal. 107.

gamus eum, qui passus est crucem, qui postea sedere iubetur à dextris. Quid sibi vult hoc, quod ait, donec ponat oēs inimicos sub pedibus: Nūquid tādū regnaturus est Dñs, donec incipiāt inimici esse sub pedibus eius, & postq̃ illi sub pedibus fuerint, regnare desisteret. Cum

Phil. 122.

utiq; tunc magis regnare incipiat, cum inimici coeperint esse sub pedibus. David quoq; in quarto graduū Psalmo, Sicut oculi ancillæ in manib⁹ dñæ suæ, ita oculi nostri ad Dñm Deū nostrum, donec misereatur nostri. Ergo tandū Propheta oculos habebit ad Dñm, quādiu misericordiā impetret: & post impetratā misericordiā oculos torquet ad terras. Qui in alio loco dicit, Oculi mei defecerunt in salutarī tuo, & in verbo iustitiæ tuæ. Loquit̃ in Genesi

Gene. 35.

sermo diuinus, Et tradiderunt Iacob deos alienos, qui erant in manibus eorū, & in aures, quæ erant in auriculis eorū, & abscondit eas Iacob subter therebintum, quæ est in Sichimis, & perdidit eos vsq; in hodiernū diē. Itē in fine Deuteronomij, Et defunctus est Moyses seruus Dñi in terra Moab per verbū Dñi, & sepelierunt eū in Geth ppe domū Phegor, & nemo scit sepul turā eius vsq; in diē istū. Certē hodiernus dies

Deut. 34.

illius tēporis existimāndus est, quo historia ipsa cōtexta est, siue Moysen dicere velis auctorem Pentateuchi, siue Esdram eiusdē instauratorem operis, non recusō. Nunc hoc quæritur, an id, quod dictum est, Vsq; indiē istum, ad illam referatur ætatem, qua editi siue cōscripti sunt,

SACRÆ SCRIP:

Dóceat igitur post illam diem tot iam annorum vsq; ad nos voluminibus exactis, aut idola, quæ sub therebinto condita fuerant, reperi-
ta, aut Moyfi tumulum inuestigatū; quia ob-
nixè asserit, post, donec, & vsq; esse incipere, qd
randiu nō fuit, qd diu vsq; compleretur & do-
nec, Quin potius animaduertat scripturæ san-
ctæ idioma, & nobiscum in quo hæsitabat,
intelligat ea, de quibus posset ambigi, si nō fu-
issent scripta, signari. Cætera verò nostræ intelli-
gentiæ derelinqui, Si enim adhuc recenti tem-
pore viuentibus his, qui viderant Moysen, sep-
pulchrum eius potuit ignorari, multo magis
tot seculis prætereuntibus.

REGVLA CLXXII.

Mose est sacrarum literarum, ut pri-
mogenitum nō uocent eum, quem
fratres sequuntur, sed eum, qui pri-
mo natus sit. Hierony. aduersus Hel-
uidium, & in. c. j. Matthæi.

EXPLANATIO.

Omnis vnigenitus est primogenitus, non om-
nis primogenitus & vnigenitus. Primogeni-
titus est non tantum post quem & alij, sed an-
te quem nulli. Omne, inquit Dominus ad
Aaron, quod aperit vuluam ab omni carne, Leu. 12.
q̄ offertur Dño ab hoīe vsq; ad pecus, tibi erūt,
tūmodo precijs redimant primogenita hoīm Num. 18.

in ij

& primogenita equorum immūdorū. Definī
uit sermo Dei, quid sit primogenitum. Omne,
inquit, quod aperit vuluam. Alioqui si nō est
primogenitus, nisi is tantum, quem sequuntur
fratres, tam diu sacerdotibus primogenita nō
debent, quādiu & alia fuerint pcreata: ne for-
te partu postea non sequente, vnigenitus sit, &
non primogenitus. Redemptio, inquit, eius
erit ab vno mense æstimatio quinque siclorum.
Siclus enim secundū siclum sanctuarij viginti
oboli sunt. Tantummodo primogenita vitulo-
rum & primogenita ouium, & primogenita
caprarum non redimes, quia sancta sunt.
Cogit me sermo Dei, vt omne masculinum,
quod aperit vuluam, si de mundis animalibus
sit, Deo voueam; si de immundis redimam, dās
pretium sacerdoti. Possum respondere & dice-
re, Quid me in vnus mensis astringis articulo,
quid primogenitū vocas, quē an fratres sequā-
tur ignoro? Expecta, donec nascat secundus; ni-
hi debeo sacerdoti, nisi & ille fuerit procreatus,
per quem is, qui antē natus est, incipiat esse pri-
mogenitus. Nonne mihi apices loquentur, &
me stultitiæ redarguent, eum esse dictum pri-
mogenitum, qui aperiat vuluam, non qui ha-
beat & fratres? Deniq; interrogo de Ioanne,
quem constat esse vnigenitum, an & primoge-
tus fuerit, vtrumne & ipse secundum Legem
pro toto ei Legi fuerit obnoxius, ambigi non
potest. Certē de Salvatore scriptura sic loquitur,
Cum expleti essent dies purgationis eorū

*Siclus
vales 20
obolos. hoc
est. qd dra-
chmus*

*quid dicit
in sanctis
primogenitus
natus*

secundum Legem Moyſi, duxerunt eum in Hieruſalem, vt offerret eum Domino, ſicut ſcriptum eſt in Lege Domini, Quia omne maſculinum adaperiens vuluam, ſanctum Domino vocabitur. Et vt darent hoſtias ſecundum quod dictum in Lege Domini, Par turturum aut duos pullos columbarum. Si hæc lex tantum ad primogenitos pertinet, primogenitum autem ſequentes faciunt, non debuit primogeniti lege teneri, qui de ſequentibus ignorabar. Sed quia tenetur lege primogeniti etiam ille, quem fratres cæteri non ſequuntur, colligitur eum primogenitum vocari, qui vuluam aperiat, & ante quem nullus ſit, non eum, quem frater poſtgenitus ſubſequatur. Moyſes ſcribit in Exodo, Factum eſt autem circa mediam noctem, & Dominus percuffit omne primogenitum in terra Aegypti à primogenito Pharaonis, qui ſedebat ſuper thronum eius, vſq; ad primogenitum captiuæ, quæ eſt ad lacum, & omne primogenitum pecoris. Reſponde mihi, qui tunc ab exterminatore fuerant interempti, primogeniti fuerunt, an vnigeniti? Si primogeniti illi vocantur, qui fratres habent, ergo ab interemptione vnigeniti liberati ſunt. Si autem & vnigeniti cæli ſunt, contra ſententiam factum eſt, vt inter primogenitos & vnigeniti morerentur: aut vnigenitos liberauit à pœna, & ridiculus eris; aut ſi coſiteberis interfectos, ingratum obtinebimus, & vnigenitos primogenitos appellari.

REGVLÆ
REGVLA CLXXIII.

Sponsi in sacris literis dicuntur uiri,
& sponsæ uxores, etiam si non con-
cubuerint. Hierony. in Matthæ. c. j.

EXPLANATIO.

Matth. x.

Nullum mouere debet, quod apud Matthæū
legitur, Ne timeas accipere Mariam vxorem
tuam. Exurgens autem Ioseph à somno, fecit
sicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit
vxorem suam: quasi ex eo q̃ vxor est appella-
ta, sponsa esse desierit, cū hanc esse scripturæ
diuinæ consuetudinem nouerimus, vt spon-
sas appellet vxores, sicut in sequētib⁹ Deutero-
nomij testimonijs approbatur. Si quis, inquit,
inuenerit virginem desponsatam viro in cam-
po, & vim faciēs, dormierit cū ea, morte mori-
atur: quia humiliauit vxorem proximi sui. Et
in alio loco, Si autem fuerit adolescentula spō-
sata viro, & inuenerit homo eam in ciuitate, &
dormierit cum ea, educetis vtruncq; ad portas
ciuitatis illius, & lapidabuntur lapidibus, &
morientur. Adolescentula quidem, quia non
proclamauit, cū esset in ciuitate. Vir autem
quia humiliauit vxorem proximi sui, & eradi-
cabitur malum ex vobismetipsis.

REGVLA CLXXIIII.

Sententia cū sine addito dicitur in
sacris literis, semper bona intelligi

tur. Grego. xxv. Morali. c. ij.

EXPLANATIO.

Cum enim sententiæ nominantur, nisi etiam Prou. 26.
malæ dicantur, malæ sentiri nō possunt. In bo
no enim semper sententiās accipimus, quæ sine
adifectione reprobationis ponuntur, sicut scri
ptum est, Sapientior sibi videtur piger septem Iob. 5.
viris loquentibus sententias. Et in Iob, Quis est
iste inuoluens sententiās sermonibus imperitis?
Cum enim dicit sententias, sed non addit pro
tinus quales, vult pculdubio bonas intelligi.

REGVLA CLX XV.

Filius hominis in bonā partē accipi
tur, in singulari dūtaxat: Filij homi
num ecōtrario in malā in sanctis lite
ris. Hierony. in Ezechī. c. xxx.

EXPLANATIO.

Ezechielis liber & Danielis & Euangeliiū sæpe
id ostendunt. Alioqui in plurali numero in cō
trarium legitur, vt in Psalmo, Filij hominum Psal. 4.
vlt; quo graui corder: Et illud, Filij hominum Psal. 36.
dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorū
gladius acutus.

REGVLA CLX XVI.

Pœnitentiam agere, & conuerti ad
Dñm nō sunt idem in sacris literis.
Rupert. Abb. in. c. v. Osee.

EXPLANATIO.

Alioquin si idem esset pñiam agere, & cōuerti
m iij

ad Dominum, Achab impium regem fatebitur reuersum fuisse ad Dominū, quia pœnitentiam egit pro sanguine Naboth, quē occidit: quia dicente sibi Helia in sermone Domini, In hoc loco, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent & tuum sanguinē. Scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnē suā, ieiunauitq; & dormiuit in sacco. Num iste cogitationes suas dedit, vt reuerteretur ad Dominum? Non vtiq;. Quia & si pro sanguine Naboth pœnitentiam egit, tamen à peccatis Hieroboam, id est, à vitulis aureis nō recessit, imo & Baal, quem Iezabel induxerat, colere nō desist. Egit nanq; pœnitentiam, non vt æternum Dei regnum consequeretur, sed ne temporali regno Samariæ priuaretur. Recepit mercedē suam, mercedē pœnitentię, qualem quærebat, vt viuens regno nō careret, dicente Domino ad Heliam, Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malum domui eius. Sic nimirum Sodomitæ, sic Tyrj & Sidonj, si factæ fuissent in illis virtutes, pœnitentiam quidem egissent, veruntamen non in ea intentione & fide, vt ad inuisibile regnum Dei peruenirent, sed vt in isto visibili seculo sicut cæterę ciuitates permanerent, & in sua pace florent. Hierony. aduersus Iouini. lib. ij. Achab rex impijssimus vt sententiā Dei subterfugeret, & euersio eius differretur in posteros, ieiunio impetrauit & sacco.

Fug
Don
ba.

Semp
maxi
sint.
omn
mini.
prop
git.
nistr
suæ g
ra Sa
tenti
tor p
q; no

Lex
liter
stio

Dici
dum
quo
cto
qui
in li
epist

SACRÆ SCRIP.
REGVLA CLXXVII.

Fugere Dominum, & fugere à facie
Dominī non sunt idē. Rupert. Ab-
ba. super. c. j. Amos.

EXPLANATIO.

Semper est malum fugere Dominū; & eorum
maximè, qui illū oderunt, licet effugere nō pos-
sint. Sicut scriptum est, *Dextera tua inueniat* Psal. 10.
omnes, qui te oderunt. Fugere autē à facie Do-
mini, id est, *refugere sententiam vel tremendū*
propositū Dei, potest interdum, qui Deū dili-
git. Quēadmodū Ionas, qui refugiebat admi-
nistrare prophetale officiū ad condēnationem
suæ gētis. Hieronymus in. j. c. Ionæ. Scit pphe-
ta Sancto spiritu sibi suggerente, quod pœnis
rentia Gentium ruina sic Iudæorū, Iccirco ama-
tor patriæ suæ non tam saluti inuidet Niniue,
q̄ non vult perire populum suum.

REGVLA CLXXVIII.

Lex multipliciter accipitur in sacris
litteris. Hierony, ad Algasiam quæ-
stione. viij.

EXPLANATIO.

Dicitur Lex, quæ per Moysen data est, Secun-
dum illud, quod scriptū est ad Galatas, *Quorū* Galat. 3.
quot enim ex operibus Legis sunt, sub maledi-
cto sunt. Scriptū est enim, *Maledictus omnis,*
qui non permanet in omnibus, q̄ scripta sunt
in libro Legis, vt faciat ea. Et rursum in eadem
epistola, *Lex propter præuaricationes posita* Galat. 3.

est, donec veniat semen, cui repromissum est, disposita per angelos in manu mediatoris. Et iterū, Itaq; Lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. Postq; autē venit fides, nequaquā vltra sub pædagogo sumus. Omnes enim filij Dei estis per fidē, quæ est in Christo Iesu. Historia quoq; q̄ præcepta nō continent, sed quid factū sit, refert, ab Apostolo lex appellat̃. Dicite mihi, inquit, qui sub lege vultis esse, legem nō legistis? Scriptū est enim, quia Abrahā duos filios habuit, vnum de ancilla, & alterū de libera. Sed qui ex ancilla, secundū carnem natus est; qui autē de libera, per repromissionē. Sed & Psalmi lex appellantur. Vt cōpleatur sermo, qui in lege eorū scriptus est, Quia odio habuerunt me gratis. Esaia quoq; pphetiam legem Apostolus vocat, In lege scriptum est, Quoniam in alijs linguis & alijs labijs loquar populo huic, & nec sic me exaudient, dicit Dñs. Quod iuxta Hebraicum & Aquilā in Esaia scriptum reperi. Appellatur etiā lex mystica scripturarū intelligentia. Scimus, quia lex spiritalis est. Et extra hæc oīa naturalē legē scriptā in cordibus nostris idē Apostolus docet. Cū enim Gentes, quæ legem nō habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt: isti legem nō habentes, ipsi sibi sunt lex, qui iudicant opus legis scriptū in cordibus suis, testimoniū perhibente illis cōscientia. Ista lex, quæ in corde scribitur, omnes continet nationes, & nullus hominum est, qui hanc legē nesciat. Vnde omnis

SACRÆ SCRIP.

mundus, sub peccato, & vniuersi homines preuaricatores legis sunt, & ideo iustū iudiciū Dei est scribentis in corde humani generis, Quod tibi fieri nolueris, alteri ne feceris. Quis enim ignoret, homicidium, adulterium, furtū, & omnem cōcupiscentiā esse malā ex eo, quod sibi eam nolit fieri? Si enim mala esse nesciret, nequaquā doleret sibi esse illata.

REGVLA CLXXIX.

Clamor in sacris scripturis non magnæ uocis emissio est, sed scientiæ & dogmatum magnitudo, & cor compunctum. Hierony. in. c. iiii. Epistol. ad Galatas.

EXPLANATIO.

In Exodo respōdit Domin⁹ ad Moysen, Quid Exod. 14. clamas ad me? cū penitus Moyli vox nulla precesserit, verū cōpunctum cor, & pro populo lachrymabiliter igemiscens scriptura clamorē vocauit. Et Apostolus, In quo clamamus, Abba pater, Gala. 4.

REGVLA CLXXX.

Vbicunq; in Veteri Testamento ἀλλοφύλῃς id est, alienigenas legimus, non commune nomen omnium externarū gentium, sed propriè Philistim, qui nunc Palæstini

uocantur, accipiendi sunt. Hierony.
in. j. commenta. in Amos. c. j.

REGVLA CLXXXI.

Spiritus tā in nouo q̃ in Veteri Testamento ubicunq; sine additamento ponitur, in bonam partem intelligitur. Ecōtrario malus spiritus semper cum additamento legitur. Hierony. in. j. commentar. Micheæ. c. ij.

EXPLANATIO.

- Gal. 5. Fructus autē spiritus, charitas, gaudiū, pax. Et illud, Si spiritu viuimus, spiritu & ambulem⁹.
Galat. 6. Et alibi, Si autē spiritu opera carnis mortificaueritis, uiuetis. Et in Veteri Testamento, Dans Esaiæ. 41. flatum populo, qui est in ea, & spiritū his, qui calcant eam. Qui em̃ calcant terrena opera, & pedibus suis subiiciunt eam, utiq; nō malum, sed bonū spiritū merentur accipere. Ecōtrario malus spiritus semper cū additamento legitur, ut ibi, Cū immundus spiritus exierit ab homine. Et in alio loco, Increpauit spiritū immūdū.
Luc. 11. Et spūs malus iuasit Saul, Et cætera his similia.

REGVLA CLXXXII.

Torrens nusquam in bonam partem accipitur. Hierony. in Ecclesiasten. c. j.

EXPLANATIO.

- Psal. 35. Cū enim dicitur, Torrente voluptatis potas

SACRÆ SCRIP.

bis eos, cū additamento dicitur voluptatis. Et
econtrario Saluator ad torrētem traditur Ces^{Ioan. 18.}
dron. Et Helias persecutiōis tempore ad tor^{3. Reg. 17}
rentem Charith latitat, qui & ipse siccatur, &
non impletur.

REGVLA CLXXIII.

Vbicunq; in scripturis sanctis foemi
na legitur, & sexus fragilior, ad ma
teriæ intelligentiam transferamus.
Hierony. in Ecclesiasten. c. ij.

EXPLANATIO.

Pharao non vult masculos viuificari, sed tantū^{Exod. 1.}
foeminās, quæ materiæ sunt vicinæ. Et ecōtra
rio nullus sanctorum, nisi perraro foeminas ge
nuisse narrat. Solusq; Salphaath, qui in pecca^{Nume. 25}
tis mortuus est, omnes filias genuit, Iacob inter
duodecim patriarchas vnus filia pater est, &^{Gene. 30.}
ob ipsam periclitatur.

REGVLA CLXXIIII.

Loqui ad cor, idioma scripturarum
est pro consolari, Hierony. in. ij. cō
mentario. c. xl.

EXPLANATIO.

Qui enim mœrenti loquitur, & blandus con
solator est, ad cor loqui dicitur. Doceat nos Si
chem filius Emor, qui corrupta Dina, loquus^{Gene. 34.}

REGVLÆ

o qui ad vñ
est consolatus
eius est ad cor eius, & consolatus est eam: & vbi
cunq; simile qd inueneris, hunc sensum habet.

REGVLÆ CLXXXV.

Hanc habet sancta scriptura consue-
tudinem, ut unumquenq; uaticina-
tionis suæ & sermonis prophetam
nuncupet. Hierony. in. iij. commen-
tar. in Ezechiel. c. xij.

EXPLANATIO.

Appellantur enim prophete Baal, & prophete
idolorum, & prophete confusionis. Vnde
& apostolus Paulus poetam Græcum prophe-
tam vocat, Dixit quidam proprius eorum pro-
pheta, Cretenses semper mendaces, male bestie,
vires pigri. Et in Osee legimus, Propheta in-
faniens, homo portans spiritum.

REGVLÆ CLXXXVI.

Diuerſi generis grāmaticis sunt no-
mina uirtutum angelicorum & Spi-
ritus sancti secundum diuersitatem
idiomatum. Hierony. ad Damasum
de Seraphim purgante labia Esaia
calculo ignito.

EXPLANATIO.

In genere Seraphim diuersitas est apud inter-
pretes, Septuaginta, Aquila, & Theodotion
Seraphim neutro genere transtulerunt. Syme-

SACRÆSCRIP.

machus masculino. Nec putandum sexum esse in virtutibus Dei, cum etiam ipse Spiritus sanctus secundum proprietates linguæ Hebrææ foeminino genere proferatur Rucha, Græcè neutro τὸ πνῦμα, Latine masculino spiritus. Ex quo intelligendum est, quando de superioribus disputatur, & masculinum aliquid seu foemininum ponitur, non tam sexum significari, q̃ idioma sonare linguæ. Siquidem ipse Deus inuisibilis & incorruptibilis omnibus pene linguis profertur genere masculino, cum in Deū non cadat sexus.

REGVLA CLXXXVI.

Vox magna in sacris literis in sanctis tantum reperitur. Hierony. in Daniel. c. xiiij.

EXPLANATIO.

Vt Helisabet exclamauit voce magna, Si quis ^{Luc. 1.} autem dicat, quodd Cyrus apud Daniele ^{Dan. 4.} clamauit voce magna, quia de idololatra & ignorante Deum dicitur, videtur obseruationē nostram subuertere, qua asseruimus vocem magnam in sanctis tantum reperire. Quod soluet facile, qui hanc historiā in libro Danielis apud Hebræos dixerit non haberi. Si quis tamen potuerit eā approbare esse de Canone, tūc querendū est, qd ei respondere debeat. AVCTOR. Atqui dæmon exiens ab obsesto, voce magna

clamauit, vt in Marco legimus. c. j. & apud eundem Euangelistam. c. v. Dæmoniacus clamans vocem magna &c. Et Act. vii. c. de lapidantibus Stephanum. Exclamantes, inquit, voce magna. Et Luc. vii. idē de dæmoniacō. Quæ testimonia ideo posuimus, vt lector expendat, non vt Hieronymi aut eruditionem aut sanctitatem eleuemus, vel illius regulam conuelsumus.

REGVLÆ CLXXXVII.

Semen siue in bonam, siue in malā partem accipiamus, nunquā pluri numero sed singulari scriptum reperi. Hierony. in Episto. ad Galat. capitulo tertio.

EXPLANATIO.

AUTOR. Hanc dñi Hieronymi obseruationē sic intelligas, quoties semen pro hærede, siue generis posteritate accipitur. Nam pro semine, quod seritur, multitudinis numero etiā inuenitur. Vt illud Gene. xlvij. Accipite semina, & serite agros. Et illud Psalmi. cxxv. Euntes ibant, & flebant mittentes semina sua.

REGVLÆ CLXXXVIII.

Nomina quedā Veteris Testamēti nos alia literatura habemus, quā habeantur apud Hebræos. Quod
septuaginta

septuaginta interpretum causa factū
est. Hierony. in Episto. ad Titum
capitulo tertio.

EXPLANATIO.

Solent nos irridere Hebræi in pronuntiatione quorūdam nominum, maxime in aspirationibus, & quibusdam cum rasura gutturis literis proferendis. Hoc autem euenit, q̃ septuaginta interpretes, per quos in Græcum sermonem lex diuina translata est, specialiter in Heh literam & Ain & cæteras istiusmodi, quia cū duplici aspiratione in Græcam linguam transferre non poterant, alijs literis additis expresserunt. Verbi causa, vt Rahel Rachel dicerent, & Hiericho Hiericho, & Hebrō Chebron, & Seor Segor. In alijs verò eos conatus iste deficit. Nam nos, & Græci vnam tantum literam, S, habemus, illi verò tres, Samech, Sade, Sin, quæ diuerlos sonos possident. Isaac & Sion per Sade describuntur, Israel per, Sin, & tamen non sonat hoc quod scribitur, Seon rex Amorraeorū per Samech literam & pronuntiatur, & scribitur. Si igitur à nobis hæc nominum & linguæ idiomatica vt videlicet barbara, non ita fuerint expressa, vt exprimuntur ab Hebræis, solent cachinnum attollere, & iurare se penitus nescire quod dicimus. Vnde & nobis curæ fuit omnes veteris Legis libros, quos vir doctus Adamantius in exempla digesserat, de Cæsariensi bibliotheca descriptos ex ipsis authenticis emendari

REGVLÆ

dare. In quibus & ipsa Hebræa pprijs sunt characteribus verba descripta & Græcis literis tramite expressa vicino. Aquila etiam & Symmachus, septuaginta quoq; & Theodotio suum ordinem tenent

REGVLA CLXXXVIII.

Diuinæ scripturæ consuetudo est eundem hominem diuersis nominibus nuncupare. Hierony. aduersus Heluidium.

EXPLANATIO.

*raguel
le dro ide
viz. socer
f. moysi*
Raguel socer Moyfi & Ietro dicitur. Gedeon nullis causis immutati nominis antè præmissis, subito Hieroab legitur. Ozias rex Iuda vicissim Azarias vocatur. Mons Thabor Itabyriū dicitur. Rursum Hermō Phœnices cognominant Sanior, & Amorræus cognominat eū Sanir. Eadem cæli plaga tribus nominibus appellatur, Nageb, Themā, Darom. Lege Ezechiel, Petrus & Simon dicitur, & Cephias. Iudas zelotes in alio Euangelio Thaddæus dicitur. Multaq; alia, quæ ad exemplum horum pertinent, ipse sibi de omnibus scripturis lector poterit congregare.

REGVLA CXC.

Prophetæ & intelligebāt & sciebant quæ prophetabāt. Hieron. in Proœmio Commentariorum in Esaiam.

EXPLANATIO.

Necq; enim vt Montanus eū insanis sceminis

somniat, pphetæ in ecclasi sunt loquuti, vt ne
 scirent quid loquerentur, & cū alios erudi-
 rent, ipsi ignorarent, quid dicerent, de quibus
 Apostolus ait, Nescientes, quæ loquantur. 2. Timo. 1.
 neq; de quibus affirmant, sed iuxta Salomō-
 nem, qui loquitur in Prouerbijs, Sapiens intel- Prouer. 10
 ligit, quæ Profert de ore suo, & in labijs suis
 portabit scientiam, etiam ipsi sciebant, quid di-
 cerent, Si enim sapientes erāt prophetæ, quod
 negare non possumus, & Moyses omni erudi- Exod. 19
 tus sapientia, loquebatur ad Dominum, & Do-
 minus respondebat ei; & de Daniele ad princi-
 pem Tyri dicitur, Nunquid sapientior es Da- Ezech. 28.
 niele? Et David sapiens erat, qui gloriabatur in
 Psalmo, Incerta & occulta sapientiæ tuæ mani- Psal. 50.
 festasti mihi, quomodo sapientes prophetæ in-
 star brutorum animantiū, quid dicerent, igno-
 rabant. Legimus & in alio Apostoli loco, Spi- 1. Cor. 14.
 ritus prophetarū pphetis subiecti sunt, vt in
 sua habeant potestate, quando taceant, quan-
 do loquantur. Quod si cui videtur infirmum,
 illud eiusdem Apostoli audiat, Prophetæ duo
 aut tres loquātur, & alij dñjudicent. Si alij reue- 1. Cor. 14.
 latum fuerit sedenti, prior taceat. Qua possunt
 ratiōe reticere, cū in ditione sit Spiritus, qui
 loquitur per prophetas, vel tacere vel dicere.
 Si ergo intelligebant, quæ dicebant, cuncta sa-
 pientiæ rationisq; sunt plena, nec aer voce pul-
 satus, ad aures eorum perueniebat; sed Deus
 loquebatur in aīo prophetarū, iuxta illud qd
 alius ppheta dicit, Angelus q loquebat in me. Zacha. 1.

Gal. 4.
Psal. 34.

Et, Clamātes in cordibus nostris, Abba Pater.
Et, Audiam quid loquatur in me Dominus
Deus.

REGVLÆ CXCI.

Prophetæ dum consuluntur, ex ma-
gno usu prophetadi quædam ex suo
spiritu proferunt, & se hæc ex pro-
phetiæ spiritu dicere suspicantur.
Grego. super Ezechi. Homil. j.

EXPLANATIO,

2. Reg. 12. Nathan prophetam sanctū virum fuisse, quis
nesciat? Qui Dauid regem & de culpa aperte
reprehendit, & quæ ei pro culpa eadem essent
ventura, nuntiavit. Quē tamē dum idem Da-
uid, quia templū Deo vellet construere requi-
sisset, ilico respōdit, Omne qd' est in corde tuo,
vade, & fac, quia Dominus tecum est. De quo
2. Reg. 7. illic statim subditur, Factus est sermo Domini
ad Nathan dicens, Vade, & loquere ad seruū
meū Dauid; Hæc dicit Dominus Deus, Nun-
quid tu ædificabis mihi domum ad habitan-
dum? Neq; enim habitavi in domo, ex die qua
eduxi filios Israel de terra Aegypti vsq; in diē
hanc. Et paulo pōst, Cū completi fuerint dies
tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo
semē tuū post te, quod egredietur de vtero
tuo, & firmabo regnū eius. Ipse ædificabit do-
mum nomini meo. Ecce Nathan propheta,
qui pri⁹ regi dixerat, Vade, & fac: ipse postmo-

SACRÆ SCRIP.

dum prophetiæ spiritu edoctus, hoc fieri non posse denuntiās, & regis consilijs & suis sermonibus contradixit; quia quod de suo spiritu dixerat, falsum fuisse reprehendit.

REGVLA CXCI.

Prophete loquuti sunt obscure, non intendendo legentibus intelligentiā, sed præcauendo legentium malitiā. Rupert. abb. in libro super Amos.

EXPLANATIO.

Sicut enim oportuit Moysen velare faciem suā, quādo loquebatur ad populū, ne vidēres Aaron & filij eius claritatem vultus eius, timerent prope accedere: sic prophetas oportuit grossiore velamine sensus intimi claritatem tegere, quia videlicet illius temporis homines Iudæi siue filij Israel, nullatenus sustinerent, si sacramenta Christi & Ecclesiæ, quæ nōuerant, planis & apertis vocibus prædicarēt. Hierony. in. v. Commēt. in Esai. c. xxj. Prophetæ, inquit, ideo obscuri sunt, quia personæ in his plurimæ cōmutantur. Et in Proœmio decimi Commentariorū in Esai. Neq; enim simplex à prophetis historia & gestorum ordo narratur, sed ænigmatum plena sunt omnia, aliudq; in verbis sonant, aliud tenetur in sensibus. Vt quæ æstimaueris plana & inoffensa currere lectio ne, sequentiū rursus obscuritatib; inuoluātur.

REGVLA CXCI.

Prophetarū uarij sunt gradus. Au.
n in

gusti. De Gene. ad literam .xii. c. ix.
& deinceps.

EXPLANATIO.

Minus propheta est, qui rerum, quæ significā
tur, sola ipsa signa in spiritu per rerū corpora
liū imagines vider: & magis propheta est, qui
solo earum intellectu præditus est: sed & maxi
mè propheta est, qui vtroq; præcellit, vt & vi
deat in spiritu corporalium rerum significati
uas similitudines, & eas viuacitate mētis intelli
gat, sicut Danielis excellentia tentata & proba
ta, qui regi & somnium quod viderat, dixit, &
quid significaret, aperuit. Et ipsæ quippe ima
gines corporales in spiritu eius expressæ sunt,
& earum intellectus reuelatus in mente. Vnde
1. Cor. 14. & Apostolus, Orabo spiritu, orabo & mēte, vt
& signa rerum formarentur in spiritu, & eorū
fulgeret intellectus in mente. Proinde quibus
signa per aliquas rerum corporalīū similitudi
nes demonstrabantur in spiritu, nisi accessisset
mentis officium, vt etiam intelligerentur, nō
dum erat propheta: magisq; ppheta erat, qui
interpretabatur, quod alius vidisset, quā ipse
qui vidisset. Vnde apparet magis ad mentem
pertinere prophetam, q̄ ad istum spiritum,
qui modo quodā proprio vocatur spiritus,
vis animæ quædā, mente inferior, vbi corpo
ralium rerum similitudines exprimūtur. Itaq;
Gene. 41. magis Ioseph propheta, qui intellexit, quid si

gnificarent septem spicæ & septem boues, quâ
Pharao, qui eas vidit in somnis. Illius enim
spiritus informatus est, vt videret: huius mens
illuminata, vt intelligeret.

REGVLA CXCIII.

Prophetæ non solùm fuerunt ante
Christi aduentum, sed etiam post
Christi ascensionem. Augusti. con-
tra Faustum. lib. xix.

EXPLANATIO.

De prophetis qui post ascensionē fuerūt, scribit ^{1. Cor. 12.}
Paulus: Et quosdam constituit in Ecclesia, pri-
mum quidem Apostolos, deinde Prophetas,
de quibus non dictū est, Lex & Prophetæ usque
ad Ioannem: sed de ijs, qui primum Christi ad-
uentum prophetauerunt. Quos qui vult nos-
se, Actus Apostolorū legat. Et illud ad Corin ^{1. Cor. 14.}
thios, Prophetæ duo vel tres loquantur,

REGVLA CXCV.

Solos eos prophetas sancta scriptu-
ra Veteris Testamēti nuncupat, qui
prænuñciauerunt aduentum Chris-
ti, uel ad quos sermo factus est de
aduentu Christi. Ruper. Abb. in. c. j.
Osee.

REGVLÆ
EXPLANATIO.

Licet omnia sancta Moyſes & Prophetæ conſcripſerunt, tamen ad comparationem prophetiæ, in qua Saluatoris aduentum prophetarūt, humilia ſunt cætera. Hæc Hierony. in. j. Commentariorum in Micheæ. c. iij.

REGVLA CXCV.

Vbicunq; in ſanctis Prophetis dicitur, Factum eſt uerbū Domini, ad adrepromiſſiones pertinet uerbi incarnati, Ruptus Abbas in Oſee. c. j.

REGVLA CXCVI.

Prophetarū oracula partim ad terrenam partim ad cæleſtem, partim ad utranq; ciuitatem pertinent. Auguſti. xviij. De ciuit. c. iij.

EXPLANATIO.

1. Reg. 12. Exemplis video probandum eſſe, quod dico, Miſſus eſt Nathan propheta à Deo, qui regē Dauid argueret de peccato graui, & ea q̄ cōſequuta ſunt mala, p̄diceret. Hæc atq; huiusmodi ſiue publicè, id eſt, pro ſalute uel utilitate populi, ſiue priuatim, cum pro ſuis quiſq; rebus diuina promeretur eloquiā, quibus pro uſu temporalis uitæ futuri aliquid agnoſceretur, ad terrenam ciuitatem pertinuiſſe, quis ambigat? Vbi autem legitur, Ecce dies ueniunt, dicit Dominus, & cōſummabo domū Iſrael & domui Iuda teſtamentum nouum, non ſecundū
- Iob. 2.

testamentum quid disposui patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Aegypti, quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus. Quia hoc est testamentum meum, quod constituam domui Israel. Post dies illos, dicit Dominus, dabo leges meas in mentem eorum, & super corda eorum scribam eas, & videbo eos, & ero illis in Deum, & ipsi erunt mihi in plebem. Hierusalem sine dubio super na prophetatur, cuius Deus ipse præmium est, cumque habere, atque ipsius esse, summum bonum illi est atque totum bonum. Ad utranque verò pertinet hoc ipsum, quod Hierusalem dicitur Dei civitas, & in ea prophetatur futura domus Dei, eaque prophetia videtur impleri, cum Salomon rex ædificat illud nobilissimum templum. Hæc enim & in terrena Hierusalem secundum historiam contigerunt, & cælestis Hierusalem figuræ fuerunt. Quod genus prophetiæ ex utroque compactum atque commixtum in libris veteribus Canonicis, quibus rerum gestarum narrationes continentur, valet plurimum, multumque exercuit, & exercet ingenia scrutantium literas sacras, ut quod historicè prædictum est, completum legitur in semine Abrahæ secundum carnem, etiam in semine Abrahæ secundum fidem quid implendum allegoricè significet, inquiratur: in tantum, ut quibusdam visum sit, nil esse in eisdem libris vel prænuntiatum vel effectum, vel non effectum, quamvis prænuntiatum, quod

nō insinuet aliquid ad supernā ciuitatem Dei,
cuiusq; filios in hac vita peregrinos figurata si-
gnificatione referendum.

REGVLA CXCVIII.

Omnes prophetarum repromissio-
nes, quæ excedunt mediocritatē il-
lius temporis, ad Christi referamus
aduentum. Hierony. in Esai. c. xxx.

EXPLANATIO.

Populus Sion, ait Esaias, habitabit in Hierusa-
lem, plorans nequaquā plorabit, et cetera, ad Do-
mini aduentum referendum est, in quo capti-
uus quondā populus, passione Domini libera-
tus, habitabit in Hierusalē, in specula videlicet
& visiōe pacis, hoc est in Ecclesia. A V C T O R.
Et ad hunc sensum totā illam prophetiam in-
terpretatur Hieronymus, quod breuitatis stu-
dio prætermisimus.

REGVLA CXCIX.

Prophete ueri à falsis differunt, quia
ueri si quid de suo spiritu dicunt, per
spiritū edocti citius illud corrigunt.
Falsi autē & falsa denuntiāt, & in sua
falsitate perdurāt. Greg. super Eze-
chiel. homilia. j. Et Hieronymus in
quarto Commentar. in Ezechiel. c.
xiiij. Cū prophetarum, inquit, nō

men secundum regulam scriptura-
rum bonis malisq; commune sit, in
eo differunt, quòd boni prophetae
esse dicuntur sapientes, mali autem
stulti & insipientes. Vide regulam
clxxxv.

REGVLA CC.

Inter cætera prophetiæ miracula
hoc quoq; mirandum habent libri
prophetarum, quòd sicut in eis uer-
bis res, ita nonnunq; uerba rebus ex-
ponuntur, ut eorum non solùm di-
cta, sed etiam res gestæ prophetia sit.
Gregorius. xxij. Moraliũ. c. xxj. &
super Ezechiel. homil. xj.

EXPLANATIO.

Ezechiel enim ait, Veni ad transmigrationem, Ezech. 3.
ad aceruum nouarum frugum, ad eos qui ha-
bitabant iuxta flumen Chobar. Cùm causa exi-
geret, vt indicare debuisset, quia ad transmi-
grationem veniret, quæ dicendi necessitas fuit,
ut per fruges locũ exprimeret, dicens, Ad acere-
uum nouarum frugum: nisi quòd sæpe & lo-
ca causæ signant. Multiquippe Ezechiele pro-
phetante, iam captiuitatis anni defluerant,

atq; ex his, qui in captiuitatem ducti fuerant, plures iam in mortē carnis obierant, ad quorum filios loqui Propheta veniebat. Vnde & ei superius dicit, Fili hominis mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apostatrices, quæ recesserunt à me. Patres eorum præuaricati sunt pactum meum vsq; ad diem hanc. & filij dura ceruice et indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te. Ex quibus quia multi fuerant credituri atq; per obedientiam ad fertilitatem boni operis peruenturi, aceruus frugum vocant. Quia enim bonæ animæ fruges appellantur Dei, & propheta alius testatur, dicens, Sancti Israel domino primitiæ frugū eius. Fruges etenim Domini etiam conuersæ ad fidem gentes postmodū factæ sunt: sed quia Israel Domino credidit, recte hunc Propheta frugum eius primitias appellauit. Quia ergo Propheta missus non priori populo, sed filiis eiusdem populi verba intulit, ad acruum frugum nouarum venit. Idem in Moral. vbi supra. Bene Daniel propheta loquente ad se Domino, dum positionem nobis sui corporis insinuare studuit, meritorum incrementa signauit. Ait enim, Audiui vocem verborum, & audiens iacebam consternatus super faciem meam, vultusq; meus hærebat terræ. Et ecce manu tetigit me, & erexit me super genua mea & super articulos manuum mearū, & dixit ad me, Daniel vir desideriorum, intellige verba, quæ ego loquor ad te, & sta in gradu tuo: nunc enim mis

Hier. 2.

*donec anime
fruges appe
llantur*

Dan. 10.

fus sum ad te. Cumq; dixisset mihi sermonem
 istum, steti tremens, & ait ad me, Noli metue-
 re. Quam videlicet positionem sui corporis
 dum verba intrinsecus loquentis audiret, ne
 quaq; nobis tanta cura exprimeret, si à myste-
 rijs vacare cognouisset. Verba enim Dei in ter-
 ra iacentes audimus, cum in peccatis positi, cū
terrenæ pollutioni coniuncti, sanctorum vo-
ce spiritualia præcepta cognoscimus. Ad quæ
 præcepta quasi super genua & super manuum
 nostrarum articulos erigimur, quia à terrenis
 contagijs recedentes, quasi iam ab infimis ven-
 trem nostrum leuamus. Sicut enim totus terre
 inhæret, qui consternatus iacet: ita qui in geni-
 bus & manuum suarum articulis incuruatur,
 inchoante profectu, ex magna iam parte à ter-
 ra suspenditur. Ad extremum verò voci Domi-
 nicæ erecti quidem, sed trementes assistimus,
 cū à terrenis desiderijs perfectè subleuati, ver-
 ba Dei quo plenius cognoscimus, plus timea-
mus. Adhuc enim quasi in terra iacet, qui ad
 cælestia erigi terrenorum desiderijs negligit,
 qua subleuatus, adhuc in manibus & genibus
 incumbit, qui quædam iam contagia deserit,
 sed quibusdā adhuc terrenis operib; nō cōtra-
 dicit. Iam verò ad verba Dei erectus assistit, q
 perfectè mentem ad sublimia erigit, & per im-
 mūda desideria incuruari contēnit. Bene autē
 trementem se stetisse indicat, quia examen sub-
 tilitatis internæ quo plus ad illud proficitur,
 amplius formidatur.

REGVLÆ
REGVLA CCI.

Consuetudo prophetiæ est nūc ista,
nūc illa cōspicere, & ab alijs in aliud
subitò uerba deriuare. Grego. super
Ezechiel. homilia. vii.

EXPLANATIO.

Psal. 7.

Psalmista cū de Domino loqueretur, dixit,
Deus iudex iustus, fortis, & patiens, nūquid ira
scitur per singulos dies? Nisi cōuertimini, gla-
dium suum vibrauit, arcum suum tetendit, &
parauit illum, & in ipso parauit uasa mortis, sa-
gittas suas ardentibus effecit: repetente subiun-
git, Cōcepit dolorem, & peperit iniquitatem.
Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in fo-
ueam, quam fecit. Ecce cū Domini narrat ius-
titiam, quasi non mutata voce peccatoris, in-
tulit culpam. Quod vnum me exempli causa
dixisse sufficiat: quia quisquis in prophetis vsum
lectionis habet, quā crebrò ista faciant, non
ignorat.

REGVLA CCII.

Constituti erant in populo Iudæo-
rum sacerdotales gradus, qui pro-
phetas pseudopphetasq; discerne-
rent, hoc est intelligerēt, qui de Dei
spiritu loquerentur, qui de cōtrario.
Hierony. in Esai. c. iij.

SACRÆ SCRIP.
REGVLA CCIII.

Prophetæ cum habeât in titulo, Visio quam uidit, & cætera: non inferunt, quæ uiderint, sed quæ dicta sunt, narrant. Hierony. in. j. c. Esaiaë.

EXPLANATIO.

Cum in Esaia dicatur, Visio Esaiaë, subiungitur ^{Esaia.} non quid uiderit, sed dicitur, Audi cælum, & auribus percipe terra, & reliqua, quæ sequuntur. Idemque dicendum de alijs prophetis.

REGVLA CCIII.

Prophetæ nequaquam suo arbitrio loquuntur, sed ex Domini uoluntate. Hierony. in Hierem. c. xxviij.

EXPLANATIO.

Quia propheta futurorum sæpissime fit, quorum solius Domini notitia est; nam & Hieremias tacet, cum ab eius collo ab Anania catena lignea ^{Hiere. 29.} aufertur, doloremque dissimulat; necdum enim à Domino quid loqueretur, fuerat reuelatum. Tandem facto ad Hieremiam verbo Domini, confidenter loquitur.

REGVLA CCV.

Loqui Dominum ad prophetam, & loqui in propheta, non idem sunt. Nam loquitur Dominus ad prophetam, cum per angelicam siue per quamlibet aliam speciem loquitur.

Loquitur verò in aliquo, cum sine aliqua specie extrinsecus apparere loquitur in corde eius per occultam suæ virtutis inspirationem. Rupertus abbas super Osee, c. j.

REGVLA CCVI.

Prophetiæ tempora tria sunt, scilicet præsens, præteritum, & futurum, Quorum præsens & præteritum prophetiæ etymologiam perdunt. Ipsa autem tempora sibi inuicem concinnant ad probationem. Gregorius super Ezechiel. Homi. j.

EXPLANATIO.

- Esai. 7.* Prophetia de futuro est, Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Prophetia de præterito, In principio creauit Deus cælum & terram. De illo enim tempore dixit homo, quando non erat homo. Prophetia de præsentis est, quando Paulus Apostolus dicit, Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis, vel idiota, conuincitur ab omnibus, occulta cordis eius manifesta fiunt. Et ita cadens in faciem adorabit Dominum, pronuncians, quod verè Deus in vobis sit. Cum igitur dicitur, Occulta cordis eius manifesta fiunt, profectò monstratur, quia per hunc modum prophetiæ spiritus non prædicat quod futurum est, sed ostendit quod est. Quo autè pacto prophetiæ dicatur spiritus, qui nil futurum

futurum indicat, sed præsens narrat. Quia in re animaduertendū est, quod rectè prophetia dicitur, non quia dicit ventura, sed quia prodiit occulta. Rem quippe quālibet sicut ab oculis nostris in futuro subtrahunt tempora, ita ab oculis nostris in præsentī subtrahit causa. Ventura etenim res occultatur in futuro tempore, præsens autem cogitatio abscondit in latenti corde. Est etiam prophetia præsens, cū res quælibet non per animum, sed per absentem locū tegitur, quæ tamen per spiritum denudatur. Et ibi sit præsens prophetantis animus, ubi per præsentiam non est corpus. Nam Giezi longè 4. Reg. 4. à propheta recesserat, cū Naaman Syri muñera percipiebat. Cui tamen idem Propheta dicit, Nonne cor meum in præsentī erat, quando reuersus est homo de curru suo in occursum tibi. Sciendum quoque est, quod prophetiæ tempora inuicem sibi concinunt ad probationem, ut aliquando ex futuris præteritis, aliis quando verò ex præteritis probentur futura. Dixerat enim Moyses, In principio creauit Deus cælum & terram. Sed quis crederet, quia verū Gen. 1. de præteritis diceret, si de futuro etiam aliquid non dixisset. In ipsius etenim libri fine in cuius exordio illa de præterito dixerat, aliquid prophetiæ per Iacob vocem de venturis permiscuit, dicens, Nō auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femoribus eius, donec veniat, qui mittendus est. Quin etiam per semetipsum eundē, qui mittendus erat, ei quem dicebat populo

*prophetia
hæc
non
est
sed
quæ
omnibus
prodiit*

Dente, 3

prophetavit, dicens, Prophetam suscitauit vo-

bis Dominus Deus vester de fratribus vestris,

tanq̃ me ipsum audietis. Erit autem, quicunq̃

non audierit prophetam illum, exterminabi-

tur de populo suo. Cur ergo præteritis ventu-

ra permisit, nisi vt dum implentur ea, quæ

de futuro prædiceret, ostenderet etiam quia de

præteritis vera dixisset. Quia itaq̃ docuimus,

qualiter ex futuro prophetiæ probentur præ-

terita, restat nunc, vt adhuc ex sacris eloquijs

ostendamus, quomodo in ipso prophetiæ spi-

ritu ex præteritis probentur futura. Certè rex

Dan. 2.

Babylonijs cū somnium vidisset, misit ad

magos & ariolos, omnesq̃ sapientes Babylo-

niæ conuocauit, nec ab eis solummodo inter-

pretationem somni, sed etiam somnium quæ-

suit, vt nimirū ex præterito colligeret, si quid

in eorum responsionibus de futuro certum ce-

neret. Qui cū dicere nulla potuissent, Daniel

ad mediū deductus est, qui de interpretatione

somni & de narratione requisitus, non solum

hoc respōdit, quod interrogatus est, sed ipsam

somni originem replicauit, dicens, Tu rex cœ-

pisti cogitare in stratu tuo, quid esset futurum

post hæc. Et paulo pōst, Tu rex videbas, & ec-

ce quasi statua vna grandis, & cætera. Cuius

videlicet somni mox vt ordinem dixit, quic-

quid ex eo venturum sequebatur, aperuit. Pen-

semus ergo ordinem prophetiæ, à cogitatio-

nibus venit ad somnium, à somnio peruenit

ad futura. Qui ergo ipsam, vt ita dicam, radi-

SACRÆ SCRIP.

cem somnū protulit, profectō ex præteritis probauit, quod vera essent, quæ de futuris diceret. Prophetia autem præsentis tēporis neq; præteriti attestatōe indiget, neq; futuri; quia cum res occulta per prophetiæ verba detegitur, veritati illius' res ipsa quæ ostenditur, atq; testatur.

REGVLA CCVII.

Prophetæ figura præteriti temporis, ea quæ uentura erant, sæpe cecinerunt. Quod & Apostoli etiam faciunt. Augusti. de Sermone Domini in mōte. libr. j. & Epistola. lxxx.

EXPLANATIO.

Sicut est illud, Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania: Cū ea non quasi transacta meminisset, sed ventura prospiceret. Tale etiam illud est, Diuiserūt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Et hic non dixit, Diuident sibi vestimēta mea, & super vestē meā mittent sortem. Neq; tamen de his verbis quisq; calumniatur, nisi qui non sentit varietatem istam figurarū in loquendo nihil veritati rerum minuere, & plurimum afferre affectibus animorum. Et Apostolus dixit, Nunquid nō audierunt: In omnem terrā exiuit son⁹ eorū, & ī fines orbis terræ verba eorū. Quāuis loquit⁹ sit præteriti tēporis verbis, tñ quod futurum erat, dixit, nō q̃ iam factum

Psal. 28.

Psal. 21.

Roma. 10.

Psal. 18.

o ij

LIBRO 2
DEL DR.
J. MARGO

Ayuntamiento de Madrid

REGVLÆ

atq; completum, sicut ipse propheta quo vsus
est teste, nō ait, In omnem terram exiturus: sed
exiit, inquit, sonus eorum, Quod vtriq; nondū
factum erat, Quale est etiā illud, Foderunt ma-
nus meas, & pedes meos. Quod tam lōgē post
ea actum nouimus. Sed ne istas tantum pphē-
ticasq; loquutiōes & nō Apostolicas fuisse cre-
damus, nonne idem Apostolus ait, Quæ est Ec-
clesia Dei viui, columna & firmamentum veri-
tatis: & sine dubio magnum est pietatis sacra-
mentū, quod manifestatum est in carne, iustifi-
catum est in spiritu, apparuit angelis, prædica-
tū est in gentibus, creditū est in mundo, assum-
ptum est in gloria: Nempe manifestū est, hoc,
quod in extremo posuit, etiam nunc nondum
esse completum, quanto magis tunc, quando
ista dicebantur: Ecclesia quippe tunc assume-
tur in gloria, quando dicitur, Venite benedi-
cti Patris mei, percipite regnum, & tamē tanq;
factum fuisset, dictum est, quod certō sciebatur
futurum.

REGVLA CCVIII.

Spiritus prophetiæ nec semper, nec
eodem modo prophetæ animū tan-
git, Grego. Homil. j. super Ezechiel.

EXPLANATIO.

Ex præsentī prophetiæ spiritus prophetantis
animum aliquando tangit, atq; ex futuro non
tangit, Scut Ioannes Baptista venientem Do-
minum videns, ait, Ecce agnus Dei, ecce qui

tollit peccata mundi. Sed cū iam moriturus
 esset, misis discipulis, requirebat, dicens, Tu Matth. II.
 es, qui venturus es, an alium expectamus? In
 quibus verbis ostenditur, quia in terris quidē
 venisse redemptorem nouerat, sed an per se
 metipsum ad aperienda inferni claustra descen-
 deret, dubitabat. Ex præsenti enim prophetiæ,
 spiritu tactus fuerat, qui humanitatem Mes-
 diatoris vidēs, & diuinitatē eius intelligēs, cōfi-
 tebatur agnum, qui peccata mūdi tolleret: sed
 tactus ex futuro nō fuerat, qui aduentū illius
in infernum nesciebat. Aliquando verò pro-
 phetiæ spiritus animum prophetantis ex futu-
 ro tangit, atq; ex præsenti non tangit. Sicut
 aperte libri Geneleos historia testatur, cū Isaac Gene. 27.
 Esau filium suum ad venandum misit, cū mi-
 norem filiū Rebecca ad benedicendum suppo-
 suit. Qui hœdinis pellibus indutus, paterno
 palpatui corpus fraternum finxit. Cui ille mi-
 nori filio tanq; maiori benedictionem dedit,
 quæq; essent longē futura nuntiavit. Sed quis
 esset, qui coram se assisteret, scire non potuit.
 Aliqñ prophetantis animū ex præsenti pariter
 & futuro tangit. Quod ex eodem libro Gene Gene. 48.
 seos liquidò docemur. In illo quippe scriptum
 est, quia cū ad vitæ iam terminū appropin-
 quaret Iacob, & duos filios suos Ioseph fecis-
 set assistere ante eū, vt ex benedictione illius
 possent longē pōst futura promereri, cui maio-
 rem ad dexteram, minorem verò posuit ad si-
 nistram, cumq; ille oculis senectute caliganti

REGVLÆ

bus, nepotes suos, quis prior, quisue esset minor humano visu discernere nequaquā posset: ductis in obliquum brachijs, dexteram manū minori, sinistram maiori posuit. Quod dum corrigere filius vellet, ait, Non ita conuenit pater, quia hic est primogenitus. Audiuit. Scio fili mi, scio. Et iste quidem erit in populos, & multiplicabitur, sed frater eius iunior maior illo erit.

3. Reg. 14. Achia prophetæ animū prophetiæ spiritus & ex præsentī atq; futuro tetigerat, cum caligantibus oculis eam, quæ se esse aliam simulabat, & vxorem Hieroboam esse cognouit, & quicquid ei futurum esset, aperuit, dicens, Ingrede vxor Hieroboam, quare aliam te esse simulas? Ego autem missus sum ad te durus nuntius. Vade, & dic Hieroboam: hæc dicit dominus deus Israel, Quia operatus es malè super omnes qui fuerunt ante te, & fecisti tibi deos alienos & conflatiles, vt me ad iracundiā prouocares, me autem proiecisti post corpus: iccirco ego inducam mala super domum Hieroboam. Aliquando ex præterito & ex præsentī atq; ex futuro pariter animus tangit prophetas, sicut Helisabet venire ad se Mariam conspiciens, quia incarnatum Verbum gestaret in utero, agnouit, eamq; iam Domini sui matrem vocauit, dicens, Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? De cuius conceptione per Angelum quoq; ad Ioseph dicitur, Quod enim in ea natum est, de Spiritu

Luc. 1.

Matth. 1.

sancto est. Quæ videlicet Helisabet dicit, Beata
 quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ
 dicta sunt tibi à Domino. Dicens enim, Bea-
 ta quæ credidisti: aperte indicat quia verba
 Angeli, quæ dicta ad Mariam fuerant, per spi-
 ritum agnouit, atq; subiungens, Perficientur
 ea, quæ dicta sunt tibi à Domino, quæ eam
 in futuro sequerentur, præuidit. Simul ergo
 de præterito & præsentis atq; futuro per pro-
 phetia spiritum tacta est, quæ & eam promissio-
 Luc. 1.
nibus Angeli credidisse cognouit, & ma-
trem nominans, quia Redemptorem humani
generis in utero portaret, intellexit. Et cum
 omnia perficienda prædiceret, quid etiam de
 futuro sequeretur, aspexit. Aliquando verò
 prophetia spiritus ex præterito tangit ani-
 mum, nec tangit ex futuro: sicut in Paulo Apo-
 stolo aperte ostenditur, qui discipulis suis dicit, Gala. 1.
 Notum vobis facio fratres euangelium, quod
 euangelizatum est à me, quia non est secun-
 dum hominem, neq; enim ego ab homine ac-
 cepi illud, neq; didici, sed per reuelationem Eph. 3.
Iesu Christi. Vnde alijs quoque discipulis di-
 cit, Secundum reuelationem notum factum
 est mihi sacramentum. Qui tamē hoc ipsum euā-
 gelium, quod per reuelationem cognouerat,
 cum Hierosolymam prædicaturus ascenderet,
 ait, Ecce ego alligatus spiritu, vado in Hierusa-
lem, quæ in ea vettura sunt mihi ignoras. Hoc
 quippe Euangelij sacramentum est, quia Unigenitus
 o iij

Patris incarnatus atq; perfectus homo factus est, Qui crucifixus, mortu⁹, & sepultus, die tertia surrexit, die quoq; quadragesima ascendit in celum, atq; in dextra Patris sedet. Qui ergo per reuelationē Euangelij agnouit prophetiæ spiritu de præterito tactus est. Sed q̃a quid pro eodē euangelio passurus esset, ignorabat, de futuro proculdubio tactus nō est. Nam sic dicit,

- Ag. 23.** Nisi quodd Spiritus sanctus p̃ omnes ciuitates protestatur mihi, dicens, Quoniā vincula & tribulationēs Hierosolymis me manēt. Apertē ostenditur, quia ea, quæ ipsi futura essent, alijs de ipso reuelata erant, nō aut ipsi de se. Sicut de illo per Agabū dicitur, Virū, cuius hæc zona est, ita alligari oportet in Hierusalē, Aliquādo prophetiæ spiritus tangit ex futuro, nec tangit ex præterito, sicut in Helisei facto scriptum est, quia cū vnus ex filijs prophetarū materiā succideret, huic ferrū securis in aquā cecidit, qui exclamauit, Heu Heu domine mi, & hoc ipm̃ mutuo acceperam. Dixit autē homo Dei, Vbi cecidit? At ille mōstrauit ei locum. Præcidit ergo lignum, & misit illuc, natauitq; ferrum. In quo videlicet prophetæ facto cognoscit, quia qui requirit, vbi ceciderat, quid esset facturus, nouerat: sed tamen cū requirit, constar, quia vbi ferrum cecidisset, ignorabat. Prophetiæ ergo spiritus Helisei mētem ex futuro tetigerat, sed ex præterito non tangebatur, qui & ferrum ex profundis dimersum quia reuocaturus esset ad superficiem, scire potuit, sed vbi ceciderat,

omnino nesciuit. Aliquando verò prophetiæ spiritus in præfenti ex parte tangit, & ex parte nō tangit. Quod & Petri Apostoli historia testatur, cū missi ad eū à Cornelio milites, ei sunt per spiritū nuntiati. scriptum quippe est, Et dixit spiritus ei, Ecce viri tres q̄runt te. Ad quos ille descendit, & requirens, dicit, Quæ causa est propter quā venistis? In cuius verbis ostenditur, quia eandem causam per spiritum nō audierat, quā à militibus requirebat. In præfenti ergo mentem Petri spiritus ex parte tetigerat, & ex parte non tetigerat, qui adesse milites dixit, & pro qua causa venerant, tacuit. Aliquādo spiritus prophetiæ in futuro ex parte t̄git, & ex parte non tangit. Sicut prophetarū filij de auferendo Helia ad Heliseum dicunt, Nunquid nosti, quia hodie Dominus tollat dñm tuum a te? Quo tamen ablato, sese per diuersa dispergunt, eumq̄ in rupibus & vallibus quærunt. In futuro ergo eorum mentem prophetiæ spiritus ex parte tetigerat, & ex parte nō t̄gebat, quando eum, quē tollendū nouerāt, nō inueniendū q̄rebant. Ex parte itaq̄ tacti sunt, atq̄ ex parte non tacti, quia sciebant, quod tolli posset, & nesciebant, quod inueniri nō posset. Idem quoq̄ Heliseus per prophetiæ spiritum de futuro ex parte tactus est, & ex parte nō tactus, cū regi Israel diceret, Percute iaculo terram, & cū percussisset tribus vicibus, & steterat, iratus est contra eum vir Dei, & ait, Si percussisses quinquies aut sexies, siue septies, percut

Act. 21.

4. Reg. 2.

4. Reg. 3.

fisses Syriam vsq; ad consumptionem, nūc autem tribus vicibus percuties eā. Qui utiq; nouerat, quod toties percuteret Syriam, quoties percussisset terram: sed cum ei diceret, Percute terram, quoties eam percussurus esset, ignorabat quippe, & indignabatur, terram tertio fuisse percussam. Profecto constat, quia de futuro ex parte tactus fuerat, & ex parte nō tactus, qui Syriam percuti prædixit, sed terram amplius percuti voluit. Sic Samuel cum ad vngendū Dauid à Domino mitteretur, respondit, Quo modo vadam? audiet enim Saul, & interficiet me. Iussu enim Domini Saul primum in regem Israel vnixerat, quo postea propter neglectum Dei mandatum reiecto, & Dauid vnxit, nec tamen à Saul occisus est. Ex parte ergo de futuro tactus prophetæ animus fuerat, & ex parte non tactus, qui & vngendum Dauid in regno nouerat, & quia à Saule non esset occidendus, ignorabat. Sciendum quoq; est, quod prophete quidam è proximo tanguntur, atq; è longinquo minimè tanguntur. Alij verò è longinquo tanguntur, & non tanguntur è proximo. Alij autem & è longinquo & è proximo prophetiæ spiritu tãguntur. Simule nim Samuel venienti ad se Saul, atq; aſinas patris quærenti, perijſſe aſinas nouerat: easq; inuentas esse nuntiabat, & Saulem regem futurum prædicit. Dauid quoq; quia in eius regno succederet nuntiat: sed quia pater regis æterni futurus sit, non prædicit. Quidam verò tanguntur

1. Reg. 15.

1. Reg. 10.

tur è longinquo, & non tanguntur è proximo
 mò, sicut idem Dauid incarnandum Dei vnig
 genitum nouerat de Iudæa, dicens, Homo natus
est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus. Psal. 96.
 Atq; hunc ad cælos ascensurum, & ad Patris
 dexteram sessurum intelligit, dicens, Dixit Do
 minus Domino meo, sede à dextris meis; & ta
 men multa, quæ è vicino acta sunt, minimè
 præuidit. Vt enim pauca de multis loquar, ser
 uum Miphiboseth Sibon contra dominum 2. Reg. 16.
 suum mentientem non intellexit: quippe cui
 falsam referenti prodicionem, bona Miphibo
 seth domini sui protinus adiudicauit. Et Ama
 sæ promittens, dicit, Hæc faciat mihi Deus, & 2. Reg. 19.
 hæc addat, si non magister militiæ fueris co
 ram me omni tempore pro Ioab, vt videlicet
 quid sequeretur ignorans, quia Amasa idem
 non solùm principatum militiæ pro Ioab nō
 susceperet, sed etiam per Ioab post paulum vi
 ram finiret. Quidam verd è longinquo tan
 guntur & è proximo, sicut Esaïas longè pōst
 futura pronuntiat, dicens, Ecce virgo concia
piet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius
 Emanuel. Qui etiam de Ezechia rege prophe
 tiæ spiritu tactus è vicino, quia de infirmitate
 sua surgeret, prædixit, & quot annis post infir
 mitatem viueret, nuntiauit. Aliquando enim
 prophetiæ spiritus prophetis deest, nec semp
 eorū mentibus præsto est, quatinus cū hunc
 nō habent, se hunc agnoscant ex dono habere,

4. Reg. 4. cū habent. Vnde Heliseus cū flentem Sunamitam mulierē à suis pedibus per Giezi puerū auelli phiberet, dixit, Dimitte illam: anima enim eius in amaritudine est, & Dominus cēla uit à me, & nō indicauit mihi. Sic quoq; cū eū Iosaphat de futuris requireret, & prophetiæ ei
 4. Reg. 9. spiritus deesset, psaltē fecit applicari, vt pphetiæ ad hunc spiritus per laudē psalmodiæ descenderet, atq; eius animū deuenturis repleret.

REGVL A CCIX.

Prophetæ cum mitterentur ad pñūtiandum ē lōginquo aduentum Christi, simul etiam de propinquo datum uel iniunctū est illis prophettare illud, in quo citius ueraces comprobari possent, ut cū illa prophetiæ pars completa esset, illud quoq; quod reliquum uel maximum erat de aduentu Messiae, uerum fore conuinceretur. Ruptus Abbas in Osee capi. primo.

EXPLANATIO.

Imminentem ab Assyris Israelis captiuitatem, itemq; instantem Iudæ in Babylonis transmigrationem, & præterea nonnulla etiam minora, quæ literis eorum legimus inserta, prophetabant, vt illis verissimè completis, quod maximum erat, crederetur.

Prophetæ aliquñ irracionales creatu-
ras alloquunt, ostēdētes, quòd ratio-
nales irrationabiles facti sunt. Chry-
sost. De pœnitentia, homil. iij.

EXPLANATIO.

Esaie. i.

Audite, inquit Esaías, cæli, & auribus percipe
terra, quoniã Dominus loquutus est. Alia præ-
misisti, ð Esaia, & alia dicis. Quæ alia præmi-
Incipiens dicis, Visio super Iudam & Hierusa-
lem; cælum alloqueris atq; in terram sermonē
declinas. Dimittens rationales irrationabilia-
bus, cū elementis disputas. Ita, inquit; quoniã
irracionales rationabiliores facti sunt rationa-
bilibus. Non ea modo ratione, sed quòd Moy-
ses volens eos ad promissionis terrā inducere,
prouidensq; fore tradita despici ab his debere,
Audite, inquit, cæli, & loquar, & audiat terra Deu. 2.
verbum oris mei, & contestabor vobis cælum
& terra, si ingressi promissiōis terrā, dū Deum
tuū reliqueritis in omnes dispergendi estis gē-
tes. Venit Esaías, atq; cōminatio ipsa in opus
offerri debuerat, non poterat vocare Moysen
iam defunctum atq; eos, qui tunc audiuerant,
mortuq; fuerant. Elementa igit, quibus Moy-
ses contestatus est, vocat, Ecce ciecti estis à p-
missione, o Iudæi. Ecce deseruistis Deum: quo
modo te vocabo Moyses. Interñsti enim, mor-
tuusq; es. Quomodo & Aaron vocabo? & ille
morti est deditus. Non adest, vnde hominem

voces. Voca, inquit, elementa, Iccirco & ipse
 viuens nō Aaron solūm contestatus sum, atq;
 illum & illum, sed quoniā illi morituri fuerāt,
 & permanentia elementa vobis contestor, cæ-
 lū scilicet & terrā. Irrationales ergo alloquor,
 quoniā quidem rationales in vilitatem irratio-
 naliū acti sunt. Propterea & alius propheta
 regem vidit furentē, idolū veneratum, Deum
 3. Reg. 17. despectū, aliosq; vniuersos trepidos, & dicit,
 Audi altare, audi. Lapidē alloqueris, sic, quo-
 niam quidem lapide ipso insensibilior homo.
 Audi altare, audi. Hæc dicit Dominus. Atq; il-
 lico altare scissum est, lapisq; audiuit, fractusq;
 est lapis, & effudit libamē, quō nō audiuit hō.

REGVLÆ CCXI.

Scriptura sacra cū dubitatiuē loqui-
 tur, non secundū uisionē prophetæ,
 cui certum est, loquitur, sed secundū
 eos ipsos, qui monent. Aug. in Psal.
 ij. & Gregori⁹ sup Ezech. homil. ix.

EXPLANATIO,

Ezech. 2. In Ezechiele, inquit Gregorius, vbi supra scrip-
 ptū est, Hæc dicit Dominus Deus, Si fortē vel
 ipsi audiant, & si fortē quiescant. Dū constar,
 quod omnipotens Deus omnia sciat, mirandū
 valde est, cur dicitur, Si fortē audiant, si fortē
 quiescant. Quapropter sciendū nobis est, quia
 ista dubitatio loquutionis Dei nō ex ignoran-
 tia, sed ex aliqua significatione descendit. Nam
 qs nesciat, q; qui fecit, & videt oīa, omnia sciat.

Et per semetipsum in Euangelio de Antichristi
 sti prædicatoribus dicit, Dabunt signa magna ^{Mat. 24}
 & prodigia, ita vt in errorem inducantur, si fie
 ri pōt, etiam electi. Cur hoc sub dubitatiōe di
 citur, cū quid futurū sit, à Dño præsciat? Vnū
 verò è duobus est, quia si electi sunt, fieri nō po
 test: si autē fieri pōt, electi nō sunt. Et tñ dicitur
 vt in errorē inducant, si fieri potest, etiā electi.
 Ista ergo Dñici sermonis dubitatio ex electorū
 cordibus designatio tentationis fuit, quia qui
 electi sunt ad persistendū, per signa prædicato
 rum Antichristi tentabuntur ad cadendū. Per
 hoc ergo quod dicitur, si fieri potest, hoc expri
 mitur, quòd electi in corde tentabuntur. Nuz
 tant quidem, sed nō cadunt. Dicit ergo, Si fieri
 pōt: quia trepidabunt, & tñ dicunt electi, quia
 nō cadunt. Dubitatio itaq; sermonis à Dño in
 electis exprimit trepidationē mētis, quos & ele
 ctos noiāt, q̄a cernit, q̄ in fide & in bono ope
 pfistunt. Vnde cū dicit, si forte, quia ex magna
multitudine pauci sunt, demonstrat. Per dubi
 tationē sermonū Dei qd significatur aliud nisi
 paucitas auditorū. Hierony. in hūc Ezechielis
 locū, Loquit, inqt, hec De⁹ abigētis affectu, vt
 liberū hoīs mōstret arbitriū, ne pñtia futurorū
 mali vel boni imutabile faciat, qd De⁹ futurū
 nouerit. Nō em̄ q̄a ille vētura cognoscit, neces
 se est nos facere, qd ille p̄sciuit, sed qd nos ppria
 volūtate sum⁹ facturi, ille nouit futurū q̄ si de⁹.

REGVLA CXXII.

Reuelatio pluris est quàm uisio. Vis

ſio uerò & diuinatio differunt, q̄ uiſio in bonam partem accipitur: diuinatio tamen nunq̃. Theophila-
ctus in Epistolam. ij. ad Corinth. &
Rupertus abbas in Micheæ. c. ij.

EXPLANATIO.

Viſio, ait Theophilaetus, ſpectandā rem præbet: reuelatio uerò profundiora denudat, q̄ res ipſa ſit viſa. Non erit, ait Dominus, augu-
rium in Iacob, neq̃ diuinatio in Iſrael. Viſio-
nis uerò nomen paſſim in Prophetis & alijs ſa-
cræ ſcripturæ libris legimus. Diuinatio nanq̃
prophetia mendax eſt.

REGVLÆ CXXIII.

Vbicunq̃ in ſacris literis legimus
ad illum uel ad illum factum eſſe
uerbum Domini, magnam ſonat
beatitudinē. Rupert. ſuper Oſee. c. j.

EXPLANATIO.

Dauid quippe dicit, Beatus homo, quem tu
erudieris Domine. Suauiter enim & magna
cum deliciarum multitudine ſummam ſapien-
tiam diſcit ille, ad quem ſit uerbum Domini:
quia uidelicet hoc uerbum lux uera eſt, quæ il-
luminat omnem hominem uenientem in hūc
mundum. Et dum inſulget humanæ menti, res
pente illuminat, repente docet, neq̃ in incertū
aurem cordis adducit, ſed ita certum reddit, ita
quod uidet,

SACRÆ SCRIP.

quod videt, pro constanti habet, vt non dubitet dicere, Quia verbum factum est, factum, inquam, quia certissimum futurum est, immutabiliter adimplendū est, & impossibile est, vt non fiat, quod futurum esse denuntiat.

REGVLA CCXIIII.

Sicut in populo Iudæorum multi olim prophetauerunt falso spiritu, quorum neq; prophetiæ, nec scripta recepta sunt: ita & in Christianorum populo Euāgelia plurimi scripserunt, quæ ab Ecclesia non sunt recepta. Luc. in Præfatione sui Euāgelij. Et Ambros. ibidem.

EXPLANATIO.

Pleraq; nostrorum quemadmodum veterum Iudæorum paribus & generibus formantur & causis, atq; exemplorum similium pari vsu extuq; conueniunt, principioq; rerum & fine concordant. Nam sicut multi in illo populo diuino infusi spiritu prophetarunt, alij autem prophetare se pollicebantur, & professionem destituebant mendacio, erant enim pseudoprophetae potius quam pphetæ, sicut Ananias filius Azur; erat aut populi gratia discernere spiritus, vt cognosceret, quos referre deberet in numerum prophetarum: quos autem quasi bonus numularius improbaret, in quibus materia

Hier. 29.

magis corrupta sorderet, quàm veri splendor
luminis resurgeret: sic & nūc in Nouo Testamē
to multi Euangelia scribere conati sunt, quæ
boni nummularij non probauerunt. Vnum
autem tantummodo in quatuor libros diges
tum ex omnibus arbitrati sunt eligendum.
Et aliud quidem fertur Euangelium, quod
duodecim scripsisse dicantur. Ausus est etiam
Basilides Euangelium scribere, quod dicitur
secundum Basilidem. Fertur etiam aliud Euā
gelium, quod scribitur secundum Thomam.
Noui alibi scriptum secundum Matthiam. Le
gimus aliqua, nelegantur: legimus, ne ignores
mus: legimus, non vt teneamus, sed vt repu
diemus, & vt sciamus, qualia sint, in quibus
magnifici isti cor exaltant suum. Sed Ecclesia
cū quatuor Euangelij libros habeat, per vni
uersum mundum Euangelistis redundat. Hæ
reses cū multa habeant, vnum non habent.
Multi enim conati, sed Dei gratia destituti
sunt. Pleriq; etiam ex quatuor Euangelij libris
in vnum ea, quæ venenatis putauerunt asser
tionibus cōuenientia, referferunt. Ita Ecclesia,
quæ vnum Euangelium habet, vnum Deum
docet: illi autem, qui alium Deum Veteris Tes
tamēti, alium Noui asserunt, ex multis Euā
gelij non vnum Deum, sed plures fecerunt.
Quoniam multi, inquit beatus Lucas, conati
sunt, conati vtiq; illi sunt, qui implere nequi
uerunt. Ergo multos cœpisse nec implese, etiā
sanctus Lucas testimonio locupletiore testa

Luc. in
ptocem.

zur, dicens plurimos esse conatos. Qui enim
conatus est ordinare, suo labore conatus est,
nec impleuit sine conatu: sunt enim dona-
tiones & gratia Dei. Quæ ubi se infuderit, ri-
gare consuevit, vt non egeat, sed redundet scri-
ptoris ingenium. Non conatus est Matthæus,
non conatus est Marcus, non conatus est Ioan-
nes, non conatus est Lucas, sed diuino spiri-
tu vbertatem dictorum rerumq; omnium mi-
nistrante, sine vlllo molimine cæpta comples-
uerunt.

REGVLA CXXV.

Theologia & plurima est & mini-
ma: Euangeliumq; & latum & ma-
gnum, rursusq; concisum. Diony-
sius de mystica theologia. c. 1.

EXPLANATIO.

Mihi quidem illud mirificè intellexisse Bartho-
lomæus videtur, quia plurimis verbis expri-
mitur bona omniū causa, & breuibus simul, &
nullis, vt quæ neq; verbū, neq; intelligentiam
admittat: q; oībus supersubstantialiter & ex-
cellenter emineat, solisq; illis amoto velamine
veraciter luceat, qui pura omnia & impura
transiliunt, omnemq; omnium sanctarū sum-
mitatum ascensum transcendunt, cunctaq; di-
uina lumina & sonos sermonesq; cælestes de-
ferentes, caliginem subueunt, vbi veraciter
ille est, vt scriptura ait, qui super omnia est. H phe. 4.

Neq; enim ab re diuinus Moyses primum vt mundetur, admonetur, & rursus ab his qui nō sunt huiusmodi, separetur, & post omnem illā expiationem buccinarum clāgores varios exaudiat, cernitq; lumina plurima plures atq; multifidos vibrantia radios. Mox verò segregatur à vulgaribus turbis, & cum electis sacerdotib; ad summitatem ascensionum diuinarum contendit, ibiq; non ipsi concreditur Deo, neq; ipsum cernit: (est enim inuisibilis Deus) sed locum vbi stetit. Hoc autem reor, insinuat augustissima quælibet & suprema visibilia atq; intelligibiliū rationes congruas atq; signa quædam esse eorum, quæ subiecta sunt, omnia transcendēti Deo, per quæ ipsius præsentia omnē intelligentiam superans demonstratur, supra spirituales sanctissimorum ipsius locorū summitates supergressa. Tum verò ipsa quoq; visibilia atq; intellectualia contemplatur, linquēs, ingreditur ignorationis mysticam profectū caliginem, in qua omnia scientiæ cognitionis præsidia terminans, totus in eo fit, qui tactum penitus visumq; refugit, transcenditq; omnia, & qui nullius est neq; sui met, neq; alterius, penitus autem ignoto scientiæ omnis & cognitionis vacatione præstantiore modo coniunctus, & eo quoq; ipso qd nihil cognoscit, super sensum mentemq; cognoscens.

Euangelista non est Euangelistæ cō

trarius, in his quæ narrat, licet non concordet. Augusti. super Ioannem tractatu. cxij.

EXPLANATIO.

Quod Ioannes Euangelista narrat, ingressum ^{Ioan. 18.} Dominum Iesum cum discipulis suis in hortum, non continuò factum est, cùm eius illa finita esset oratio, de cuius verbis ait, Hæc cū dixisset Iesus: sed alia quædā sunt interposita, quæ à Ioanne prætermissa, apud alios Euangelistas leguntur. Sicut apud hunc inueniuntur multa, quæ alij similiter in sua narratione tacuerunt. Quomodo autem omnes conueniant, ne veritati, quæ per alium promitur, ab alio repugnetur, credas, anteq̃ scias, siue id ī hac vita possit, siue per aliqua impedimenta non possit, nihil ab aliquo Euangelista esse conscriptum, quantum ad hos attrinet, quos in auctoritatem Canonīcam recipit Ecclesia, quod vel ip̃s vel alterius non minus veraci rationi possit esse contrarium.

REGVLA CCXVII.

In unius Euangelistæ expositione uidendum est, quid alij Euangelistæ dicant, cū ille locus exponitur. Augusti. j. de adulterinis coniugijs. capitulo. xj. & xij.

REGVLÆ
EXPLANATIO.

Matth. 5. Cum legerimus in Euāgelio secūdū Matthæū,
Quicūq; dimiserit vxorē nisi ob fornicationē:
vel hoc, quod magis in Græco legitur, per cau-
sam fornicationis, & aliā duxerit, mœchatur.
Nō debemus continuō putare illū nō mœcha-
ri, qui propter causam fornicationis dimiserit,
& aliā duxerit, sed adhuc ambigere, donec Euā-
gelium secūdū alios Euāgelistas, à quibus hoc
narratum est, consulamus. Quid si enim secū-
dum Matthæū nō quidem quod ad hanc rem
pertinet, dictū est totū, sed ira pars dicta est, vt
intelligeretur à parte totū, quod tanq; explanā-
tes Marcus & Lucas, vt clareret plena senten-
tia, totū dicere maluerūt? Cū itaq; primū non
dubitantes verū esse, quod apud Matthæū le-
gitur, Quicūq; dimiserit vxorē suam propter
causam fornicatiōis, & aliam duxerit, mœcha-
tur, quæserimus vtrū tantū iste mœchetur du-
cendo alterā vxorē, qui præter causam forni-
cationis priorem dimiserit, an omnis, qui dis-
missa vxore, alterā duxerit, vt ibi sit etiam ille,
qui fornicantē dimiserit, nōne secundū Marcū
respondebitur nobis, Quid quæritis, vtrū ille
sit mœchus, & ille nō sit, quicūq; dimiserit vx-
orem suā, & aliā duxerit, adulterium committit?
Nonne etiam secundū Lucam dicitur nobis,
Quid ambigitis, vtrum ille, qui propter cau-
sam fornicationis vxorem dimiserit, & aliam
duxerit, non mœchetur? Omnis qui dimi-
serit vxorem suam, & ducit alteram, mœ-

SACRÆSCRIP.

chatur. Ac per hoc quoniam fas non est, vt
Euangelistas quibus diuersis verbis de vnare lo-
quentes, ab vno sensu eademque sententia dissen-
tire dicamus, restat, vt Matthæum intelliga-
mus à parte totum significare voluisse, eadem
tamen tenuisse sententiam, vt dimittēs vxorē,
& alteram ducens, non quidam mœchetur,
quidam verò non mœchetur, id est, qui pro-
pter fornicationem dimiserit, sed omnis qui
dimiserit vxorem suam, & ducit alteram, mœ-
chari minimè dubitetur.

REGVLA CCXVIII.

Nulla alia causa est, cum Euāgelistæ
eadem non eodē modo dicant, nisi
ut inde dicamus, res uerbis, non re-
bus uerba præponere. Augusti. de
blasphemia in Spiritum sanctum.

EXPLANATIO.

Duo Euangelistæ Marcus & Lucas cū de blas-
phemia in Spiritum sanctum loquerentur, nō
dixerunt blasphemiam, sed verbum, vt intelli-
geremus non omnem blasphemiam, sed quā-
dam, nec verbum omne, sed quoddam, quid
ergo dixerūt? Apud Marcum ita scriptum est, Marc. 12.
Amen dico vobis, quoniam omnia dimittun-
tur filijs hominū peccata & blasphemix, quis
bus blasphemauerunt. Vide regulam. ccxxx.

p iij

Euangelica narratio quamuis ueris-
sima sit, nō tamen omnia quæ ibi di-
cuntur, uera esse creduntur. Augu-
sti. contra Priscellianistas. c. ix.

EXPLANATIO.

Iob. 2.

Multa à Iudæis falsa & impia dicta esse, verax
Euangelij scriptura testat. Vt in libro Iob, ubi
multæ personæ loquutæ esse narrantur, non
solum quid dicatur, sed à quo etiam dicatur,
considerandum est: ne passim quæ in sancto li-
bro quolibet scripta sunt, recipientes, cogan-
tur fateri, quod absit, uera & iusta fuisse, q̄ ma-
rito sancto mulier insipiens suggererat, ut ali-
quid aduersus Deum loquens, ab illa intolerabi-
li poena moriendo liberaret. Quod nō ideo
dixerim, quia illi amici à Domino reprobati,
& ab ipso sancto Dei seruo meritò culpati, ni-
hil veri loqui potuerunt: sed quia non omnia,
quæ loquuti sunt, uera putanda sunt. Quāuis
ergo aduersus Iob nil verū dixerunt, potest ta-
men etiam ex eorū verbis aliquam sanam sen-
tentiam assumere, qui nouit sapienter dicta di-
scernere. Sed quādo inquirētes, probari nobis
aliquid volumus testimonio sanctorū eloquio-
rum, non nobis dicatur, credendum esse, etiam
quod in Euangelio scriptum est, si fortè Euan-
gelista eum hoc dixisse commemorat, cui fides
habenda non est. Nam dictum est illis à Iudæis
Domino Christo, Nōne verum dicimus, quia

Ioan. 8.

Samaritanus es, & dæmonium habes? Quam
 vocem tanto amplius detestamur, quanto no-
 bis Christus est charior. Emissam tamen à lu-
 dæis dubitare non possumus, qui Euangelicā
 narrationem verissimā credimus. Ita nec Euan-
 gelistę derogamus fidem scribenti: & Iudęi vo-
 cem blasphemantis execramur. Hęc solum im-
 pijs & nefandis hominibus, sed nec ipsis in fide
 paruulis atq; adhuc rudibus & indoctis, qui
 forte ibi loquentes cōmemorantur, tanq; Cas-
 nonicę auctoritati accōmodamus fidē. Neq;
 enim quia ille, cuius cæci nati oculos Domin⁹ ^{Ioan. 9.}
 aperuerat, ait, Scimus, q̃a peccatores Deus nō
 exaudit, ideo istam sententiam pro Euangelica
 auctoritate sic debemus accipe, vt ipsis in Euā ^{Luc. 18.}
 gelio verbis Domini resistamus, qui dixit, Do-
 mine ppitius esto mihi peccatori, magis iustis
 ficatum descendisse de templo, q̃ Phariseum
 iustitias suas commemorātem atq; iactantem
 diuina voce firmavit.

REGVLA CCXX.

Apostoli & Euangelistę ubicunq;
 de Veteri Testamento ponunt testi-
 monia, si inter Hebraicū & septua-
 gita nulla diuersitas sit, uel suis uel
 septuaginta uerbis uti solent. Si au-
 tem in Hebraico aliter in uetere edi-
 tione sensus est, Hebraicum magis

REGVLÆ

quàm septuaginta interpretes sequuntur. Hieronymus in Procemio decimi quinti Commentariorum in Esaiam.

EXPLANATIO.

AUTOR. Hoc tã latè ostendit diuus Hieronymus in Nouum Testamentũ & Prophetas, & de optimo genere interpretandi, vt nil apud eum frequentius occurrat.

REGVLA CCXXI.

Hoc autem generaliter est obseruandum, quòd ubicunq; sancti Apostoli, aut Apostolici uiri loquuntur ad populos, his plerunq; testimonijs abutuntur, quæ iam fuerunt in Gentibus diuulgata. Hierony. in quæst. in Gene.

EXPLANATIO.

Gene. 46. Omnes animæ quæ ingressæ sunt cum Iacob Aegyptum, & quæ exierũt de femoribus eius absq; mulieribus filiorum Iacob animæ sexaginta sex. Filij autem Ioseph, qui nati sunt ei in Aegypto animæ nouem. Omnes ergo ani-

mæ, quæ ingressæ sunt cū Iacob Aegyptum, septuagintaquinque, quodd' excepto Ioseph & filijs eius sexaginta sex animæ, quæ egressæ sunt de femoribus Iacob, introierunt Aegyptum, nulla dubitatio est. Ita enim & paulatim p singulos supputatus numerus approbat, & in Hebræis voluminibus inuenitur. Hoc autē quod in septuaginta interpretibus legimus, Filij autem Ioseph qui nati sunt ei in Aegypto animæ nouem, sciamus in Hebræo pro nouem esse duas. Ephraim quippe & Manasse anteq Iacob intraret in Aegyptum, & famis tempus ingrueret, nati sunt de Aseneth filia Phutipharis in Aegypto. Sed & illud, quod suprà legimus, Facti sunt autē filij Manasse quos genuit ei cōcubina Syra Machir, & Machir genuit Gaiaad, Filij autē Ephraim fratris Manasse Suthalaam Ethaam. Filij vero Suthalaam Edom additum est. Siquidem id quod postea legimus, quasi per anticipationem factum esse describitur. Neq; enim illo tempore, quo ingressus est Iacob Aegyptum eius ætatis erant Ephraim & Manasse, vt filios generare potuerint. Ex quo manifestum est, omnes animas, quæ ingressæ sunt Aegyptum de femoribus Iacob fuisse septuaginta, dum sexaginta sex postea ingressæ sunt, & repperunt in Aegypto tres animas, Ioseph scilicet cum duobus filijs eius. Septuagesimus autem ipse fuerit Iacob. Hanc rem ne videamur aduersum scripturæ auctoritatem loqui, etiam septua

non oī
ad dū la
in thonen
Baylor
a q in
in egypt
f. 75

6
 ginta interpretes in Deuteronomio transtules-
 runt, quodd in septuaginta animabus ingressus
 est Iacob in Aegyptum. Si quis igitur nostræ
 sententiæ refragatur, scripturâ inter se contra-
 riam facit. Ipsi enim septuaginta interpretes, q-
 hic septuagintaquinq; animas per proleptim
 cum Ioseph & posteris suis Aegyptum ingres-
 sas esse dixerunt, in Deuteronomio septuagin-
 ta tantû intrasse memorant. Quodd si e contras-
 rio nobis id opponitur, quomodo in Actibus
 Apostolorû in concione Stephani dicatur ad
 Act. 7. populum, septuaginta quinq; animas ingres-
 sas esse Aegyptû, facilis excusatio est. Non em̃
 debuit sanctus Lucas, qui ipsius historiæ scrip-
 ptor est, in Gentes Actuum Apostolorum vo-
 lumen emittens, contrarium aliquid scribere
 aduersus eam scripturam, quæ iam fuerat Gē-
 tibus diuulgata. Et vtiq; maioris opinionis il-
 lo duntaxat tempore septuaginta interpretum
 habebatur auctoritas q̃; Lucæ, qui ignotus &
 vilis, & non magnæ fidei in nationibus duce-
 batur.

REGVLA CCXXII.

In epistolarum conscriptionibus ad
 Ecclesias sancti uiri principaliter p-
 ferunt seruos se esse Domini nostri
 Iesu Christi. Didymus in Epistolâ
 Iacobi, c. j.

SACRÆ SCRIP.
EXPLANATIO.

Sicut mortalem gloriam homines appetētes,
in suis conscriptionibus dignitates, quas putā-
tur habere, præponunt: ita sancti viri appella-
tionem seruorum Dei supra regna totius mun-
di exultant.

REGVLA CCXXIII.

Omnes epistolæ Pauli in salutatio-
nis principio nō prius pacē habent,
& sic gratiā: sed ante gratiam, & sic
pacem, ut donatis nobis peccatis no-
stris, pacem Domini consequamur.
Hierony. ad Cyprianum presbyte-
rum in epistola qua psalmum. xcix.
exponit.

REGVLA CCXXIII.

Pauli Epistolæ sanctæ quidem sunt
omnes, sed doctrinā augustiorē con-
tinent, quæ ex vinculis missæ sunt.
Chryso. in Epist. ad Colos. homil. j.

EXPLANATIO.

Qua gratia dixi epistolas è vinculis missas ne-
scio quid continere gratiæ amplioris. Nimirū
hac causa. Nam in vinculis quasi si quis gloria
rei bellicæ præcellens, inter medias hostiū strā-
ges & trophæa cōsistat, illinatur epistolis, quæ
vult mandata. Sic sanè faciebat hic beatus. No-
uerat planè, quantum momenti ea res esset al-

REGVLA

latura. Quare Philemoni scribēs ita loquitur;
Quē genui in vinculis meis. Sunt autē episto-
læ, quas in vinculis scripfit, ad Ephesios, ad Phi-
lemonem, ad Timotheum, ad Philipenses, ad
Colossenses.

REGVLA CCXXV.

Epistolarum Pauli ordo & librorū
Prophetarum alius est in sacra scri-
ptura, quàm temporis, quo scriptæ
sunt. Chryso. in Epistolā ad Roma.
homilia. j.

EXPLANATIO.

Videtur porro mihi epistola ad Galatas præ-
cessisse epistolam ad Romanos. Quod si in Bi-
blijs alium obtinet ordinem, mirū esse nō deo-
bet. Siquidem & duodecim Prophetæ cū se
inter se deinceps nō subsequantur, si tempora
inspicias, sed multum inter se ipsi tempore cū
distent, si ipsam librorum seriem inspexeris, in-
ter se ordine sunt collocati. Siqdē Aggæus, &
Zacharias, & alij aliquot post Ezechielē & Da-
nielē prophetias ediderunt, & multi item post
Ionam & Sophoniam, cæterosq; omnes: sed ta-
men cum illis omnibus coniuncti sunt, à qui-
bus tanto temporis intervallo distant.

REGVLA CCXXVI.

Epistolæ Pauli quo tēpore scriptæ

sint, & quæ prius, quæ posterius, nos
se multum confert ad quæstiões ex-
plicandas. Chryso. in Epistolam ad
Rom. homi. j.

EXPLANATIO.

Cum enim video, Romanis ac Colossensibus
Paulum iisdem de rebus scribentē, non eodem
tamen modo iisdem de rebus, sed illis quidem
magna cum indulgentia, cum ait, Porro eum,
qui infirmatur fide, assumite non ad dñdica-
tiones disceptationum, alius quidem credit ve-
scendum esse quibuslibet, alius autem, qui in-
firmus est, oleribus vescitur. Colossensibus au-
tem nō perinde iisdem de rebus, sed maiore cū
libertate ac fiducia Itaq; si mortui estis cum
Christo ab elementis mundi, quid tanq̃ viue-
tes in mundo, decretis tenemini? Ne tetigeris,
ne gustaueris, neq; contrectaueris. Quæ omnia
ipso pereunt abusu, non per honorem aliquē
ad expletionem carnis. Cuius differentię nul-
lam aliam inuenio causam, q̃ ipsum epistola-
rum tempus. Initio indulgendum erat, postea
autem non ita. Atq; hoc identidem inuenias
ipsum multis alijs locis factitantem. Hunc mor-
rem videre est & medicum & magistrum ob-
seruare. Neq; enim medicus cū ijs, qui in mor-
bi adhuc sunt initio, & ijs, q̃ ad valerudinis finē
iā declinarint: neq; magister! cū discipulis ab
initio pueris, & cū ijs, qui perfectiore doctrina

Colo. 2.

1. Cor. 7.

Gala. 1.

Roma. 1.

Roma. 15.

1. Cor. 16.

indigeant, eadem ratione agit. Igitur alijs alia
 quadam causa & argumento adductus scribe-
 bat Paulus. Hoc ipsum declarat cum Corin-
 thijs scribens, De ijs autem, inquit, quæ ad me
 scripsistis. Tum Galatis statim ex proœmio &
 epistola tota hoc manifestans. Romanos verò
 quo nomine, & quâ obrem. Etenim testificari
 apud ipsos videtur, qd sint pleni bonitatis, ple-
 ni omnis sciëntiæ, qui & possent inuicem alius
 alium admonere. Romanis, inquam, quâ obrem
 epistolam misit. Propter gratiam, inquit, mihi
 à Deo concessam, vt sim in posterum minister
 Iesu Christi. Ob quod & in epistolæ exordio
 dixit, Debitor sum, ita quantũ in me est, para-
 tus sum vobis quoq, qui Romæ estis, euange-
 lizare. Epistola ergo ad Romanos non cæteras
 omnes tempore præcescit, vt multorum fert
 opinio, eas quidem omnes, quæ Romæ scri-
 ptæ fuere, antecit. Cæteras alias quamuis non
 oēs subsequuta est. Nam quæ ad Corinthios
 scriptæ sunt, ambæ ante hanc scriptæ fuere.
 Argumento sunt verba ea, quæ ad huius epi-
 stolæ finem ascripsit, ita loquens, Nunc autem
 proficiscor Hierosolymā ministrās sanctis. Vi-
 sum est enim Macedoniæ & Achaiæ cōmunis
 cationē aliquā facere in pauperes sanctos, qui
 sunt Hierosolymis. Corinthijs aut scribēs, ait,
 Quod si fuerit operæ precium, vt ipse pficiscar,
 mecū proficiscantur, de ijs loquēs qui eò pecu-
 nias deportandas colligebant. Vnde liquet,
 dum Corinthijs scripsit, incertam fuisse talem
 ipsius

ipsius peregrinationem: dum autē Romanis,
 constitutū iam illi fuisse de profectioe. Quo
 confesso, & illud constat, epistolam ad Roma-
 nos post illam scriptam fuisse. Quin & ad
 Thessalonicenses epistola videtur mihi præces-
 sisse epistolam ad Corinth. Nam illis prius cū
 scripsisset, deq; eleemosyna apud illos sermonē
 mouisset his verbis, Ceterū de fraterna charita-
 te nō necesse habetis, vt scribam vobis: ipsi em̄
 vos à Deo didicistis, vt diligatis vos inuicem.
 Etenim hoc facitis erga cūctos fratres, qui sunt
 in tota Macedonia. Tum demū ad Corinthios
 scripsit, id quo illius verba hæc declarā, Noui
 em̄ p̄mptitudinē animi vestri, quā de vobis ias-
 eto apud Macedones, q̄ Achaia, parata est ab
 anno superiore, & vestrū exemplū puocauit q̄
 plures. Quibus ex verbis declarauit, se cū illis ^{1. Thes. 4.}
 prius hac de re loquutum. His igitur epistolis,
 quæ ad Romanos scripta est, posterior est, eadē
 dem prima inter eas, quæ Roma missæ sunt,
 Nondum enim Romam aduenerat, quo tem-
 pore hanc scripsit epistolam, id quod his ver-
 bis indicat, Desidero em̄ videre vos, vt aliquod
 vobis impartiar donum spirituale. Roma
 autem ad Philippenes scripsit, ideo ait, Salu- ^{Philip. 4.}
 rant vos omnes sancti, maximè qui sunt ex
 Cæsaribus familia. Quo ex loco & ad Hebræos ^{Hebræ. 13.}
 quoq; scripsit, ob quod a teos omnes saluta-
 ri ab illis, qui in Italia essent. Iam ad Timo- ^{2. Timo. 4.}
 theum epistolam ex ipsa ē vinculis scriptam
 Roma misit. Quæ quidem iudicio meo epis-

2. Tim. 4. stolarum omnium est postrema, id quod eius finis arguit. Ego enim, ait, iam immolor, & tempus resolutionis meæ instat. Quod autem inibi è viuus decesserit, vndequaqueliquet. Sed & ad Philemonem epistola inter postremas est & ipsa, eaq; sub extremam illius senectam scripta. Itaq; ait, Nempe Paulus
- Philem. 1. senex, nunc autem etiam vinctus Iesu Christi. Eandem tamen præcessit epistola ad Colossenses, id quod ab epistolæ fine manifestum est. Colossensibus enim scribens ait, De omnibus rebus meis certiores vos faciet Tichicus, quem misi vnâ cum Onesimo fido & dilecto fratre. Hic autem Onesimus is erat, pro quo epistolam ad Philemonem composuit. Ac q; non alius esset illi cognominis, patet ab Archippo. Quem enim in epistola ad Philemonem socium accepit exhortationis pro Onesimo susceptæ, hunc & ad Colossenses scribēs
- Colos. 4. excitat his verbis, Dicite Archippo: Vide misterium, quod accepisti, vt illud impleas. Videtur porro mihi epistola ad Galatas præcessisse epistolam ad Romanos.

REGVLÆ CCXXVII.

Lingua apud Paulum in Epistola ad Corinthios appellatur quælibet prolatio signorum priusquàm intelligantur, quocum intellectus acc

cesserit, qui mentis est proprius, fit
reuelatio, uel agnitio, uel prophe-
tia, uel doctrina. Augustinus. xij. De
Gene. ad literam. c. viij. & ix.

EXPLANATIO.

Si orauero, inquit Apostolus, lingua, spiritus 1 Cor. 14
meus orat; mens autem mea in fructuosa est.
Cum ergo lingua intelligatur hoc loco dice-
re obscuras & mysticas significationes, à qui-
bus si intellectum mentis remoueas, nemo adifi-
catur audiendo, quod non intelligit. Vnde
etiam dicit, Qui enim loquitur lingua, non
hominibus loquitur, sed Deo: nemo enim au-
dit, spiritus autem loquitur mysteria. Satis
indicat, eā se linguam hoc loco appellare, ubi
sunt significationes velut imagines rerum ac
similitudines, quæ ut intelligantur, indigent
mentis intuitu: cum autem non intelligun-
tur, in spiritu eas dicit esse, non in mente.
Vnde apertius ait: Si benediximur spiritu,
quis supplet locum idiotæ? Quomodo di-
cit amen, super tuam benedictionem, quan-
do quidem nescit, quid dicas? Quia ergo
etiam lingua, id est, membro corporis quod
mouemus in ore, quum loquimur, signa
utique rerum dantur, non res ipsæ profe-
runtur: propterea translato verbo linguam
appellauit quālibet signorum prolationem,

q ij

lingua
pina pr
qualibet
ignora
prolatio
ne

priusq̃ intelligantur, proinde ait, Si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi loquar vobis in reuelatione, aut in agnitione, aut in prophetia, aut in doctrina, id est cum signis, hoc est linguæ accesserit intellectus, vt non spiritu tantum, sed etiam mente agatur, quod agitur?

REGVLA CCXXVIII.

Paulus Apostolus nonnunq̃ eos, ad quos scribit, proprietate suæ provinciae pulsat. Hierony. in Epistola ad Galat. c. iij.

EXPLANATIO.

Tit. i.

Cretenses semper mendaces, malas bestias, ventres pigros verè ab Epimenide poeta dictos, Apostolus cōprobat. Vanos Mauros & feroces Dalmatas Latin⁹ pulsat historic⁹. Timidos Phrygas omnes poetae lacerant, Athenis expeditiora nasci ingenia, philosophi gloriatur, Græcos leues apud C. Cæsarem suggillat Tullius, dicens, Leuium Græcorum, aut immaniū Barbarorum. Et pro Flacco, Ingenita, inquit, leuitas & erudita vanitas. Ipsum Israel graui corde, & dura ceruice, omnes scripturæ arguunt, In hunc modum arbitror Apostolum Galatas regionis suæ proprietate pulsasse, vt indociles & vecordes & ad sapientiam tardiores, cum

Gala. 3.

eos insensatos appellat. Nam Galatæ ex Gallia
originem traxerunt, & resipiunt suæ originis
tarditatem. Gallus ipte Hilarius, Gallos indo-
 ciles appellat.

REGVLA CCXXIX.

Paulus sermone triuñ utitur non
 nunq̃ in Epistolis. Hierony. in epi-
 stolam ad Galat. c. iij.

EXPLANATIO.

Quod dicitur, O insensati Galatæ, quis vos fa- Galat. 3.
 scinauit: dignè Paulo, qui etsi imperitus est ser-
 mone, nō tamē scientia, debemus exponere, nō
 quō scierit esse fascinū, qui vulgo putatur no-
 cere: sed vsus sermone sit triuñ, & vt in cæteris,
 ita & in hoc quoq; loco verbū quotidianæ ser-
 mocinationis assumpserit. Legimus in Prouer- Prou. 1.
 bñs, Donum inuidi cruciat oculos. Qui apud
 nos in Græco significantius ponitur fascina-
 tor, & in Sapientia, quæ Salomonis scribitur, Sapiē. 4.
Fascinatio malignitatis obscurat bona. Quib⁹
 docemur exēplis, q̃ vel iuidus aliena felicitate
 cruciet, vel is, in quo bona sint aliquo alio fa-
 scināte, id est, inuidēte, noceat. Dicitur fascinus
 propriè infantibus nocere & ætati paruulæ, &
 his qui necdū firmo vestigio figant gradū. Vn-
 de & quidā ex Gentilibus, Nescio quis teneros
oculus mihi fascinat agnos. Hoc utrū verum
 necne sit, Deus viderit, quia pōt fieri, vt & dæ-
 mones huic pēto seruiant, & quoscunq; in Dei
 ope vel cœpisse vel p̃fecisse cognouerit, eos a

q iij

galatæ e
 gallia or
 ginem
 traxerunt

bergdy

REGVLÆ

bonis operibus auertant. Nunc illud in causa
est, q̃ ex opinione vulgi sumptū putamus exē
plum, vt quomodo tenera ætas noceri dicitur
fascino, sic etiam Galatæ in Christi fide nuper
nati & nutriti lacte & nō solido veluti quodā
fascinante sint nociti, & stomacho fidei nausē
te, Spiritus sancti cibum euomuerint. Quod si
aliquis contradicit, exponat, quomodo de cō
muni opinione sit sumptum, vallis Titanorū
in regnorum libris, Syrenæ & Onocentauri in
Esaia, Arcturus & Orion & Pleiades in Iob, &
cætera his similia, quæ vtiq; vocabula, Gentili
um fabularum & causas & origines habent.

2. Reg. 23.

Esa. 34.

Iob, 6, 38.

REGVLÆ CCXXX.

Apostoli & Euangelistæ aliquando
Veteris Testamenti adducunt testi
monia, ut sensum, & nō uerba citēt.
Et tamen sermonū uarietas spiritus
unitate concordat, quāuis nec cū ses
ptuaginta neq; cum Hebræis uerba
conueniant. Hierony. ad Pāmachiū
de optimo genere interpretandi.

EXPLANATIO.

In Matthæo legimus Dominum prædicentē
Apostolis fugam, & hoc ipsum Zachariæ testi
monio confirmantem. Scriptum est, ait, Percu
tiam pastorem, & dispergentur oues. At in ses
ptuaginta, & in Hebræo multo aliter est. Non
enim ex persona Dei dicitur, vt Euangelista

Matth. 26.

Zachar. 13.

vult, sed ex prophetæ Deum Patrem rogantis,
 Percute pastorem, & dispergentur oves. Scri-
 bit supradictus Euangelista, ad angeli monitū Matth. 2.
 tulisse Ioseph puerū & matrē eius, & intrasse
 ī Aegyptū, ibiq; māsisse vsq; ad obitū Herodis,
 vt impleret qd dictū est à Dño per pphetā, Ex
 Aegypto vocaui filiū meū. Hoc nrī codices nō
 habēt, sed in Osee iuxta Hebraicā veritatē scri-
 bit, Quia puer Israel est, & dilexi eū, & ex Aegy-
 pto vocaui filiū meū. Scribit Paulus ad Corin. 1. Cor. 2.
 thios, Si em cognouissent Dñm gloriæ, nō cru-
 cifixissent, sed sicut scriptū est, Quod oculus nō
 vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs ascēdit,
 quæ pparauit Deus diligētib⁹ se. Solēt in hoc
 loco apocryph orū quidā deliramēta sectari, &
 dicere qd de apocalypsi Helię testimoniū sum-
 ptū sit, cū in Esaia iuxta Hebraicū ita legat, A se Esaia. 64.
 culo nō audierūt, nec aurib⁹ pceperūt, ocul⁹ nō
 vidit Deus absq; te, quæ pręparasti expectans
 tibus te. Intelligimus vnde sumptū sit testimo-
 niū, & in Apostolus nō verbū exprelsit ex ver-
 bo, sed παραφραστῆς eundē sensum alijs sermoni-
 bus indicauit, Ex quibus oībus perspicuū est,
 Apostolos & Euāgelistas in interpretatiōe ve-
 terū scripturarū sensum quæsisse nō verba, nec
 magnopere de ordine sermonibusq; curasse,
 dum intellectui res pateret. Idē in Esaia. c. xxix.
 Illa, inquit, obseruanda est regula, Euāgelistas
 & Apostolos absq; damno sensuum interpre-
 tatos in Græcum ex Hebræo, vt sibi visum fue-
 rit. Lege Regulam. ccxvii.

REGVLÆ
REGVLA CCXX XI.

Si uerbis dissentiant, quæ ab Aposto-
lis citantur ex Veteri Testamento, nō
confugiendū est ad apocrypha, sed
sciamus Veteris Testamenti esse, q̄
citantur ab Apostolis. Hieronym⁹
in Epistolam ad Ephesios, c. v.

EXPLANATIO.

Gen. 2. In Genesi scriptum est, Propter hoc relinquet
homo patrē suū & matrē suam, & adhærebit
uxori suæ, & erunt duo in carne vna. Aposto-
lus autē in Epistola ad Ephesios pro eo quod
Eph. 6. ibi habetur *ἐν ἑνὶ τούτῳ*, id est, ppter hoc, posuit
ἀντὶ τούτου, quod Latine alijs verbis dici nō po-
test. Deinde pro patre suo & m̃re sua pronōia
abstulit, & tantū p̃em posuit et matrē. Et quod
in medio dicitur, Et adhærebit uxori suæ, hic pe-
nitus prætermisit, & tantū quod sequebat̃ hoc
dictum superioribus copulauit, & posuit. Et
erūt duo ī carne vna. Hoc aut̃ totū nūc iccirco
obseruauim⁹, vt ēt in cæteris locis sicubi testis
monia quasi de Prophetis & Veteri Testō ab
Apostolis vsurpata sunt, & in nostris codicib⁹
non habentur, nequaquā statim ad apocrypho-
rū ineptias & deliramenta curramus, sed scia-
mus, scripta qdē ea esse in Veteri Testamento,
sed nō ita ab Apostolis, vt sensum magis vsur-
patum, nec facile nisi à studiosis posse, vbi scri-
pta sint, inueniri.

SACRÆ SCRIP.
REGVLA CCXXXII.

Libri sacre scripturæ cum honore
sui cuiusq; scriptoris legendi sunt.
August. xij. confessi. c. xxx. xxxj.

EXPLANATIO.

Famulū tuū Domine scripturę huius dispensa
torē spiritu tuo plenū ita honoremus, vt hoc
eum te reuelante, cū hæc scriberet, attēdisse crea
damus, quod in eis maxime & luce veritatis &
fruge vtilitatis excellit. Ita cū alius dixerit, Hoc
sensit, qđ ego, & ali⁹ imo illud qđ ego; religio
sius me arbitror dicere, cur nō vtrūq; potius, si
vtrūq; verū est, & si qđ tertiu & si qđ quartū,
& si qđ oīno aliud verū in his verbis videat,
cur nō omnia illa vidisse credat, per quē vnus
Deus sacras literas vera & diuersa visuris mul
torū sensibus tēperauit. Sensit em̄ scriptor li
bri sacri in his verbis, atq; cogitauit, cū ea scri
beret, quicquid hīc veri potuimus inuenire, &
quicquid nos non potuimus, aut nondū pos
sumus, & tamen in eis inueniri potest.

REGVLA CCXXXIII.

Solertissimus indagator Canonica
rum scripturarū auctoritatē sequat
Catholicarū Ecclesiarū q̄ plurium,
inter quas sanē illæ sunt, quæ Apo
stolicas sedes habere, & epistolas ac
cipere meruerūt. Augusti. ij. De do
ctri. Christia. c. viij.

SACRÆ SCRIP:

EXPLANATIO.

